

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0015

LOG Titel: Cap. I. - Cap. CX.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

C. de pac. & Silua. in consil. 20. num. 34. & Caprain consil. 42. num. 6. 7. & 8. & Gorad. in consil. 49. num. 7. & Grat. in consil. 21. num. 30. vol. 1. & Curtius. in consil. 9. num. 1. & 2. & Alex. in consil. 111. vol. 7. & Tiraq. in tract. primogen. quæst. 46. & Anton. Gabriel. in tract. commun. opinio. conclus. 8. de statut. in verbo. statutum. in 5. limitat. num. 3. Poteris prædictos adire, & ab eorum dictis veram conclusionem elicere.

C A P. XXXI.

ARGUMENTVM.

Instrumentum vi statuti executi-
vum, an inducat præsumptionem
iuris, & de iure & admittat contra-
riam probationem.

S U M M A R I A.

1. Statuta concedentia ex executionem instrumentis con-
fessionatis, videntur inducere præsumptionem iuris
& de iure.

2. Præsumptio iuris & de iure reicit probationem con-
trariam.

A Ntequam ad alia transeamus, omitendum
non est Bald. in tract. statutorum, in verbo, instru-
mentum, num. 27. voluisse, statuta tamen quæ disponunt
instrumenta confessionata, executionem paratam
habere, iuris & de iure præsumptionem inducere;
& ideo videtur reicere contrariam tamen probatio-
nem. Id tamen tune verum esse dicit, si statutum
præsumendo non procedat: sed circa obseruan-
tiam statuat, ut supra in princ. dixit Bald. & iterum in
laetitia, C. ad Velleian.

ALIAM IV

S. 3.

C A P. I.

AVGVMENTVM.

De officio iudicis generalia, &
quod in priuatis non interponatur,
nisi impetratum fuerit.

S U M M A R I A.

1. Officium suum in his, quæ respiciunt priuatum utili-
tatem, iudex non tenetur impartiri, nisi petentibus.

2. Statutum disponsens, potest atem coniunctos ad com-
promissum faciendum compellere intelligi-
tur, si ab eo petatur.

3. Statutum mandans causas consilio sapientis man-
dandas & committendas esse intelligitur, quatenus
petatur.

4. Iudex non petenti inducias liberatorias dare non
debet.

5. Officium iudicis mercenarium, nisi l. contestata sit, à
parte impetrari debet: secus vero post litem conte-
stata.

6. Iudici cum aliquid faciendum lex mandat, semper
intelligitur, si a parte petatur.

7. Capitaneus si cogatur dispositione statuti iudicare
cum consilio sapientis, intelligitur si petatur, &
num. 8.

9. Statuto disponente, quod iudex teneatur causas ter-
minare intra tempus quoddam constitutum sub
in opena, intelligitur si pars petierit.

10. Iudex si teneatur intra tempus aliquid committere

dm. intelligitur, si petatur.

11. Statutum si disponat, vel appellans, vel petens resti-
tui, debeat cauere fideiussorem prestando de expen-
sis restituendu: alioquin processus factus sit nullus:
an si cautio non fuerit petita, nec oblata: sed in
causa processum processus sit nullus.

12. Usufructarius facit fructus suos, si cautio non pera-
petatur.

13. Cognitio cause plena vel plenissima, quando requi-
ratur.

14. Iudex secundum acta & probata, omissa conscientia,
pronunciare debet.

15. Iudex cum probata est certa quantitas, in ea condem-
nare debet.

16. Probatio per iuramentum, quare inducta.

17. Officium iudicis debet in extimando cessare.

18. Extimatio à iudice, quare fiat in actione iniuriarum.

Quoniam officium iudicis, species execu-
tum est, merito hoc loco de eo tractandum
centi, qua in re in primis regula illa vulgatissima
firmando est, iudicem in his, quæ priuatum respi-
ciunt utilitatem officium suum non petentibus
non impartiri, ut voluit Curtius in l. is apud quem, nu-
mero 20. C. de edend. & Augustinus Berou in cap. solite,
num. 7. extra de restit. spoliat. & Caprain l. bouem. §. ali-
quando, num. 3. C. de adilit. editio. & Roland. à Valle in
consil. 83. num. 11. vol. 1. & Francisc. Viuius in tract. com-
mun. opinio. in versic. iudex non potest, per text. in cap. ad
nostram, il 2. extra de iure iurian. & in cap. in literis, extra
de restit. spoliat. & voluit Anton. à Butrio in cap. 1. in
oppositione, extra de libel. oblatio. & in d. cap. solite, ex-
tra de restit. spoliat. & Ioan. Baptist. Ferret. in consil. 42.
num. 5. & Jacob. Nouel. in sua pract. crimin. in Rub. incipiente,
datis defensionibus, num. 84. & seq. & in tract. ad
defens. super Rubr. exordiente, solet communis sententia,
num. 3. & rursus August. Berou in cap. 1. num. 40. extra
de indic. & Sapia in l. ius dicentis, num. 5. ff. de iurisdict.
omn. iudic. & est text. in l. 4. §. hoc autem. ff. de damno
infecito. & tradit. Grat. in consil. 16. num. 5. vol. 2. & Corne.
in consil. 45. num. 18. vol. 2. & est etiam in text. in l. ad
peremptorium. ff. de re iudic. & rursus tradit. Corne. in
consil. 53. num. 10. vol. 1. & Socin. iun. in consil. 122. num.
42. vol. 2. per ea que tradunt Bart. Imola & Alexand. in
d. l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infecito. & Angel. in l. iam
tamen. §. si tamen plures, num. 1. ff. de iudic. solui. & Ni-
coni. in cap. quoniam contra, num. 112. extra de probatio.
Et hanc regulam tunc potissimum locum habere
arbitrantur, cum huiusmodi iudicis officium ad
commodum partis non petentis interponitur, ut
dixerunt Curt. in l. 1. num. 61. ff. de iurisdict. omn. iud. &
Dec. in l. si super posse, num. 10. C. de transact. per tex.
in l. 1. §. magistratibus ff. de magistrat. conuenient. Et ideo
inquit. statutum, tamen quo disponitur potestatem con-
iunctos ad compromissum cogere debere, ubi-
cunque ab ipso Potestate petatur, intelligendum es-
se ut voluit Alex. in consil. 82. in causa vertete, col. 2. in vers.
tertio statutū, vol. 1. Et idem dicitur de statuto tamen
dante causas sapientis consilio committi. Nam pa-
riter si petatur intelligendum est, ut inquit Alex. in
consil. 122. viso processu, col. fin. vers. circa secundum, vol. 2.
& Felin. in cap. si autem, extra de rescript. & in c. studieas,

extra

De Executionibus, Tractatus. §. 3.

79

extra de magi. & recentiores in l. vniuersa. C. de preci. Imper. offeren. Et ideo dixit Bal. in l. si seruus. §. ait prætor. num. i. ff. de iure deliber. quod ex quo petenti tantum debet iudex officium suum impartiri, non petenti 4 † inducias deliberatorias dare non potest, cum eas peti oporteat. Dicit tamen Bal. in l. ius dicentis, in l. lectura. num. 4. ff. de iurisdict. omn. iudic. cum quereret. An iudex officium suum parte non petente impartiri & concedere posset: Doctores tenere, vt illud officium, quod resedit in solo iudice, implorandum non esse: illud autem quod in parte est, & ius partis est, implorandum omnino esse, vt habetur in d.l. 4. §. hoc iudicium. ff. de dam. infec. & in l. i. §. magistratibus. ff. de magistratibus conuenient. Id autem dicit Bal. in officio nobili verum esse; in mercenario † autem aliter dicendum esse: Quandoquidem si lis contestata non est, ab ea parte impetrari debet, cuius ius continet & attingit. At lite iam contestata, vt impetratur, opus non esse. l. adiles. §. item sciendum. ff. de adilit. edito. Ratio autem est, quia tunc facta petitione ex consequenti etiam iudicis officium comprehenditur. Præterea Sebast. Sapia in d.l. ius dicentis, num. 58. ff. de iurisdict. omn. iudic. ita inquit hanc conclusionem veram esse, vt vbi cunque lex † vel statutum mandat iudicis aliquid faciendum, semper si à parte petatur, intelligendum sit, vt voluit gl. in c. fi. extra de rescrip. vbi auctoritate illius gl: inquit Abb. quod si Capitulo 7 taneus, † ex dispositione statuti cogitur cum consilio † sapientiis iudicare: id si à parte petatur intelligendum esse, vt est tex. in l. peto. §. fin. ff. de leg. 2. vbi Castr. inducit ad questionem. vt ibi per eum, & illum tex. ad hoc reputat singularem l. in l. admonendi, col. 5. ff. de iure iur. 8 Hinc quoque infertur, q̄ stante statuto, † vt iudex infra quoddam tempus subaliqua poena causas decidere & terminare teneatur, id si pars petierit intelligendum esse, vt voluerunt But. & Abb. in c. penult. 10 vbi pen. extra de iud. Et Castr. in d.l. peto. §. fin. ff. de leg. 2. ii inducit ad huiusmodi questionem, statutum † disponit appellantem vel restituui petentem de expensarum restitutione fideiussorem praestando cauere debere, alioquin processus sit nullus: an si cautio petita nō sit, nec oblata, sed processum in causa, an talis processus sit nullus? Et inquit tex. illū probare, nullum non esse ob id, q̄ statutum huiusmodi si petatur, intelligendum sit, & non praestetur: Quemadmodum & vñfructarius nō facit fructus suos, nisi 12 † cautione de vñndo fruedo arbitrio boni viri prestita: Verum si scientie & paciente proprietario non petita cautione, vñs fuerit, fructus suos faciet, vt habetur in l. vxori. ff. de vñfr. leg. vbi tradit etiam Bar. & ad hoc notat illum tex. l. in l. admonendi, col. 5. ff. de iure iur. & hac da re multa tradit Felin. in c. fin. autē, col. 3. extra de rescrip. Multas fallētias ad hāc regulam ponit Sapia ibid. cum aliis num. subseq. Quando autem 13 plena cause cognitione requiratur, quandoque plenissima, & quando semiplena sufficiat, tradit. Bar. in in l. iudices. C. de iudic. vbi Alex. & alii. At illud in primis it index iuxta † praedicta obseruare debet, vt secundum allegata & probata omessa conscientia pronunciet, & præsertim in causis pecuniariis, vt inquit Corn. in con. 163. vol. 3. Et tradunt Dd. & præser- 14 mis Abb. & Feli, in c. pastoralis. §. quia vero, n. 23. extra de offic. deleg. vbi post Bal. ea ratione mouetur, quod conscientia sit particularium & singularium, & non facit ius. Lex autem est vñiuersalium, vt inquit l. in §. si minus, colum. 6. Institut. de action. vbi inquit

etiam iudicem eo modo faciendo non peccare. Præterea hanc conclusionem sequitur etiam Cor. in verbo, Iudex & Comes, in 4. quest. Regul. de anali. num. 5. & quod iudex debeat pronunciare secundum acta, allegata & probata, voluit etiam De cius in l. si soror, n. 5. C. de collat. Et ideo dixit Soci. sen. in cons. 146. n. 17. vol. 1. quod probata † quadam qualitate iniuriarum estimationis iudicem in illa quantitate probata condemnare debere: ita vt illam minuere, aut moderate non possit: Quia licet probatio iuramento partis fieri possit, non tamen pars quin per testes probare possit prohibetur: Nam q̄ iuramento † probetur, in partis fauorem inductum est, quæ debet renunciare, vt inquit Bar. in l. fin. ff. de in lit. iurian. arg. l. semper. §. hoc interdicto ff. quod vi aut clam. Vnde inquit glof. in l. vnicca. C. de senten. quæ pro eo quod inter partem hoc casu ad probandum de facto admitti, quasi id de iure necessarium non sit. Quo p̄supposito hoc in primis probari videtur ex iis, quæ habentur in d.l. vnicca. Cod. de sent. quæ q̄ eo, quod interdum concludunt super interesse aestimationem ad probandum quantitatem, per testes vel instrumenta facti confueuisse, vt vbi est casus in versic. in alis, vbi glof. Alioquin taxatur vel iuramento in lit. vel iudicis officio, vt ibi plene habetur. & Rayn. de Forlinio expresse decidit in sua repetitio. Primo igitur iudex an id sit probatum, inspicere debet, & secundum allegata & probata condemnare, per illum text. & per tex in d.l. illicitas. §. veritas ff. de offic. præsid. In his igitur terminis, in quibus aestimatio fit officio iudicis, vel iuramento in lit. si sit iuratum, iudex eam probationem in sequi debet. Secundo, quia talis probatio iuramento fauore partis inuenta videtur, & odio dolosi, & propter difficultatem probationis, vt late tradit Bart. & sequitur alii in l. in actionibus. ff. de in litem iurian. Ergo si processum sit ad probationes via ordinaria: tripla sufficit, cessat extraordinaria, argumento. in præmiali ff. de noui oper. nimia, cum ibi late notariis à Bart. & alii. Debet igitur cessare hoc † officium in aesti- 17 mando, cum sit remedium extraordinarium pereat, quæ notantur in l. in cause, in princ. ff. de mino. Præterea † praedicta confirmantur ex eo quod ideo in actio- 18 ne iniuriarum in condemnatione fit aestimatio iudicis, quia pars agens nimia affectione recepta possit itaque aestimare. Concludendum igitur arbitratur, vt illa conclusio quod iudex secundum allegata & probata iudicata teneatur, prout habetur in d.s. veritas. & notatur in d.t. ap. 1. extra de offic. ordin. & tradit Abb. in c. pastoralis. §. quia vero, extra de offic. de leg. & Cyn. Bar. & alii in l. i. C. vt quæ desunt aduocat. vbi non reperitur limitata, stetur regulæ l. omnis definitio. ff. de regul. iur. Hac enim probatio per iuramentum & quod aestimatio arbitrio & officio iudicis fiat, est fauore & privilegio partis inducta, vt inquit Bart. in d.l. fin. ff. de in litem iurian. argum. tex. in l. videamus. §. iurare. ff. de in litem iurian. & d.l. constitutionibus. §. 1. ff. de in iur. quæ non cessat, quando fit aestimatio ab omnibus, & possit pars huic fautori renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de part. Nec quod fauore inductum est, in odiū tetorqueatur. l. 3. fauore. C. de legib. Merito debet iudex iuxta aestimationem testibus probatam condemnare, vel deserte iuramentum parti ad cautelā in supplementum probationis testium deferre. Vel tertio curare, vt iniuria partis iuramento extimetur, & illa sequi ac si videatur

moderate: Vel quarto ipse ex suo officio, si petatur consideratis circumstantiis extimare.

C A P V T I I .

A R G U M E N T V M .

Officium suum iudex impertiri non tenetur, etiamsi statuti verba præcise sonent, necessitatem importantia.

S V M M A R I A .

- 1 Regula, vt iudex nō teneatur impartiri officium suum, nisi perenti, procedit etiam quando lex, vel statutum loquuntur verbis præcis & inducentibus necessitatem.
- 2 Statutum Paduanum disponens appellantem debere fideiussorem prestatum de expensis resciendi, alias processus sit nullus, intelligitur si petatur.
- 3 Statutum mandans, vt iudex teneatur lites dirimere intra determinatum tempus sub pena, intelligitur si petatur.
- 4 Statutum mandans iudici, vt debeat causas appellationis committere sub pena, intelligitur si requiratur.

VIdimus supra generaliter de ampliationibus regulæ firmatæ, vt iudex officium suum imparti, nisi petatur, obligatus non sit: super est modo, vt ad particularia descendendo nonnulla dicamus. Ampliatum igitur predicta conclusio ad leges & statuta inferendo in pluribus. Et primo, + etiam quod lex vel statutum verbis præcis & necessitatem inducentibus & denotantibus loquantur, vt est text. in t. in bono dei. C. de reb. credit. vbi dicitur præcise & expresse iudicem iuramentum in supplementum deferre debere & teneri: & id si petatur teneri, vt voluit Bart. in l. admonendi, colum. fin. ff. de iure iur. & se quoniam communiter Dd. quicquid dixerit Panor. in c. si extra de rescript. & Cald. in consil. 2. sub Rub. de pœnis. & iterum Castren. & Alex. in l. properandum, in princ. C. de iudic. & Barbat. in c. consuluit, colum. 2. extra de officio delegat. & Philip. Franc. in c. ex ratione, in fine, extra de appellat. & tradit Niconit. in cap. quoniam contra falsam, n. 112. per ea que voluit gl. si. vbi tradunct etiā Dd. extra de rescript. vbi plura deducit. Pariter etiam ex predictis insertur + ad statutum Paduanum disponens appellante fideiubere debere de expensis resciendi, alioquin processus sit nullus: Quia & id si à parte appellata petitum fuerit, intelligendum est. d. l. peto. §. fin. ibi, quod si cautio non fuerit desiderata ff. de legat. 2. quem tex. ad hoc notat ibi Castren. & sequitur Alex. in consil. 96. viss. narratis, volum. 3. & facit optime tex. cum gl. in d. l. vniuersa. C. de precib. Imperat. offeren. Itidem insertur ad statutū + mandans iudici, quod debeat lites intra quoddam tempus sub pena quoddam determinate, quia intelligitur, si fuerit requisitus, vt voluerunt Butr. & Panormi in c. venerabilis, extra de iudic. & rursus Panormi. in c. fi. extra de rescript. & Calder. in consil. 2. sub Rubr. de pœnis. & iterum Castren. & Alex. in l. properandum, in princ. C. de iudic. & Barbat. in c. consuluit. colum. 2. extra de officio delegat. & Philip. Franc. in c. ex ratione, in fine, extra de appellat. Itidem confirmatur præcedēs limitatio, quia si statutum + mandet iudici, vt sub quadam pena cau-

fas appellationum committere debeat, intelligitur pariter si fuerit requisitus cum debita instantia, vt voluit Ang. in consil. 140. quidam Matthæus. & Alex. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori ff. de oper. noui nunc. & in consil. 119. viso processu, col. 4. vol. 1. & comprobatur ex iis, quæ voluerunt Ang. Alex. & recentiores in l. debitoribus. ff. de re iudic. Vbi concludunt dispositionem l. fi. C. de executionib. rei iudic. intelligendam esse, si illa quadriennalis dilatio à condemnato petatur.

C A P . III .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Statutum vel lex, licet disponant aliquid ipso iure fieri, intelligitur si petatur.

Secundo ampliatur predicta conclusio, quod iudex non teneatur impartiri officium suum, nisi perenti, etiam si lex + vel statutum dixerit seu mandauerit aliquid ipso iure fieri, propterea quod illis verbis non obstantibus, si petatur intelligi debet, vt voluit gl. in l. scimus, versic. ipso iure. C. de inoff. testam. & in l. constat. C. de compensatio.

C A P . IV .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 Promissio facta à parte iudici intelligitur si petatur.

Tertiio ampliatur predicta conclusio, vt non solum procedat in dispositione legis vel statuti, sed etiam in promissione facta iudici: + vt putasi pars ei aliquid facere promiserit: Nam huiusmodi quoq; promissiones hanc conditionem recipiunt: videlicet si iudex requisuerit, vt est text. in c. ad nostram. il. 1. extra de iure iur. & in cap. ad reprimendum, extra de officio ordin.

C A P . V .

A R G V M E N T V M .

Officium suum Iudex non rogatus impertiri non tenetur, et si statuto dies præfixus sit.

S V M M A R I A .

- 1 Iudici si lex vel statutum certam diem præfixerit suum officium, nisi petatur, impertiri non tenetur.
- 2 Dies si sit parti à iudice præfixa, intelligitur pars in tempore aliquid non facere, si iudex petierit.
- 3 Fideiussor qui Titum præsentare promisit sub pena infra octo dies, in pœnam non incidit, nisi à iudice in termino requisitus sit, & an verum sit.
- 4 Dies certa interpellat pro homine.
- 5 Dies pro homine, quando interpellet.

Quarto ampliatur, si lex + vel statutum iudici, diem certum præfixerint: Nam in eo quoque casu iudex officium, nisi postuletur, impertiri non tenetur, vt de hoc etiam supra, cum ex ipsa regula nonnulla inferremus, satis copiose diximus: Id autem etiam procedere arbitrantur Doctores, si dies + parti à iudice præfixa sit, Nam eo etiam casu, si iudex

dex petierit, intelligendum est, ut voluit Castren. in consil. 166. videtur, quod ipse Iohannes Pauli, vbi inquit quod fideiussor, qui aliquem sub pœna infra octo dies + presentare promisit, non incidit in pœnam, nisi fuerit à Iudice requisitus in termino ei assignato.

Contra hanc Castrensis conclusionem, licet Ripa in d.l. damnum. §. hoc autem iudicium, num. 10. ff. de damno infecto, dicat illud facere, quod voluit Bart. in eodem §. hoc autem iudicium in prima oppositione, dum respōdet ad tex. in l. magnam. C. de contrahēn. & committēn stipul. dum inquit diem + certam cum apponitur, interpellare pro homine, & ideo Castrensis decisionem satis dubiam apparere. Quinimo eam fortasse veram non esse dixit Decius in consil. 146. queritur in effectu, col. fin. Attamen quicquid dixerit Decius, eam sequitur Felinus in c. fin autem, extra de resūp. & respondet obiectioni in d.l. magnam, non procedere, vbi dies in obligatione faciendi actum quodammodo preparatorium ad actum iudicis apposita est. Hanc eandem Castrensis conclusionem sequitur Ias. in l. si ex legati causa, in vlt. fallen. ff. de verb. oblig. & Ripa in d. §. hoc autem iudicium. num. 11. Et respondendo obiectioni dicit: diem tunc pro homine interpellate, quando in obligatione obligationis differenda causa apponitur: Secus vero si obligationis finit ad seu perficiendæ gratia apponatur. Et dicit esse text. in l. ex empore. §. Cassini ff. de actio. emp. & voluit gl. in c. i. in vers. cogitur, in tit. an illo qui inter se frat. Domi. sui. Et in his terminis Castrensem loqui ait, cum ibi fideiussor promiserit Titulum presentare infra octo dies ad libitum & beneplacitum Iudicis, & sic casu quo Iudex infra octo dies eum requisuerit, & ita seipsum declarat Pauli Castren. & Decius in d. consil. 146.

C A P. VI.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus, non tenetur, etiam in repellendo aduersarium.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex non tenetur partem reiicare, nisi aduersarius opponat.
- 2 Testes non admittuntur post diuinitia testificata: attamen iudex non tenetur reiicare probationes, nisi pars opponat.
- 3 Index non tenetur repellere procuratorem inhabilem, nisi pars opponat.
- 4 Frater pro fratre, & vxor pro marito, sunt testes idonei, si pars non opponat.
- 5 Statutum disponens debitum vltra 20. annos non posse testibus, sed instrumentis tantum probari, intelligitur parte opponente.
- 6 Probatio contra præsumptionem iuris & de iure, licet non sit admittenda: attamen si pars non opponat, index eam reiicare non tenetur.

Quinto ampliatur præcedens conclusio, ut etiam in officio iudicis quo ad reliquendum adiuetarium, locum habeat. Iudex + namque nisi aduersarius opponat & instet aduersarium repellere non tenetur: exemplum plane huiusmodi afferri potest: Post publicatas + attestationes, testibus pro-

bare quicquam de iure non licet timore subornationis, auth. at qui semel. C. de probatio. & c. fraternitatis, extra de testib. & tradit. Affl. in decis. 216. num. 1. & 5. vbi plures ponit limitationes. Probationes tamen publicatis testibus factas Iudex, nisi pars opponat reiicare non tenetur, vt inquit glos. in clem. 2. de testib. & Anton. Butr. in c. vltra tertiam. col. fin. cod. tit. id quod comprob. at Ripa in d.l. damnum. §. hoc autem iudicium. num. 12. ff. de dam. infecto, per ea, quæ voluit Bart. in l. post mortem. §. fin. ff. de adoptio. dum vult vt iudex procuratorem inhabilem, nisi pars opponat, repellere non teneatur, per ea quæ voluit gl. in §. si quis ergo, in Auth. quibus mod. natu. effica. sui. & est ad idem gl. in l. quæcumq; indubitate. C. de adult. Quod tamen, vt infra suo loco dicetur, intelligendum est, & hinc esse dicunt, vt frater pro fratre, & vxor pro marito, si pars non opponat, testes idonei & legitimi sint, vt inquit Specul. in tit. de Teste. §. 1. verf. quid. ergo si aduersarius. Præterea hinc quicquid esse volunt, vt statutum + disponens debitum 20. annos excedens, per testes probari non posse, sed instrumentis tantum probandum esse, si pars opponat, intelligendum sit, vt voluit Bart. quem sequuntur recentiores in l. certi conditio. §. quoniam ff. sicer. pet. Et licet probatio + contra præsumptionem iuris & de iure admittenda non sit, secundum gl. in auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. eam tamen, nisi pars obiciat, iudex reiicare non tenetur, vt inquit Innoc. in c. fraternitatis, extra de frigid. & malefic. & Imola in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. & Alex. in consil. 77. col. fin. volum. 2. & facit illud, quod voluit Ias. in l. pater furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuriis.

C A P. VII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum non rogatus Iudex impartiri non debet, vt secundum conscientiam propriam iudicet, et si res ei fuerit notissima.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex quod indicare non debat, nisi secundum acta & probata, quomodo procedat.
- 2 Iudex debet ex actis iudicare, etiam si nouerit veritatem aduersarii saltem in causis pecuniariorum. n. 3.
- 3 Ecclesia, quare non iudicet de occultis, & quando.
- 4 Iudex si è fenestra proficiat, & videat aliquem occidi, occisorem condemnare non potest, nisi aliter homicidium probetur.
- 5 Iudici si producantur particulariter ea, qua parti competunt, satu non est: & iudex secundum ea indicare non debet, nisi in actis producta & registratas sint.
- 6 Actis quando probationes inesse dicantur.
- 7 Iudex prædicatur de probationibus & actis.
- 8 Iudex an possit ex sua conscientia iudicare.
- 9 Iudex si nullis præcedentibus probationibus aliquem condemnat, dicitur in dolo.
- 10 Probatio plena in quotunque iudicio etiam posse ferio & quantum vis sumario requiritur.
- 11 Pontifex met ad debitum non probatum condemnare non debet.
- 12 Iudex non debet iudicare, nisi ex iis, quæ illi, vt iudici constant.

Sexto ampliatur ex eo quod communiter dici solet, iudicem secundum acta & probata iudicare debet: non autem secundum eius voluntatem, & conscientiam. **I.** **i**llicitas. **s.** veritas. **ff.** de offic. **p**rofis & c. **p**astoralis extra de offic. delega & tradit Corn. in consil. 123. num. 28. & in consil. 220. volum. 1. Et ratio est, quia de iis, quae illi non liquent, iudicare non potest. **I.** **h**oc autem. **s.** non defendendi. **ff.** ex quib. caus in possess. eatur. & rursus voluit Corn. in consil. 163. num. 3. volum. 2. & tradit Ang. Inst. quib. mod. tute finia. in prin. & in §. si minus, colum. 5. Inst. de actio. & Paris. de Puteo in tract. de syndic. car. 49. in verbo, indicare, colum. 3. & Bertach. in tract. de episc. in 4. parte 4. libri, videlicet car. 47. quest. 11. & Lucas de Penna in l. quicunque. **C.** de tabula. & scrib. lib. 10. & habetur in summa Ang. in verbo, indicare. **s.** 7. **v**trum iudices, & Felin post Barbat. in d. c. pastoralis **s.** quoniam. colum. fin. extra de offic. deleg. Id quod ibidem procedere etiam arbitratut, quando

2 illud de quo iudicaret, ei notissimum esset: quandoquidem in eo etiam casu, si iuxta suam notitiam & cognitionem iudicaret, iustitiam non facere diceretur. Et ideo inferunt ad rescripta illam clausulam continentia, videlicet, & in predictis institutis faciat: comprobatque hanc conclusionem exemplo Iesu Domini nostri, cui cum notissimum esset prodimentum, summaque iniquitas Iudea Schiorti, eum ante a damnare & culpabilem iudicare noluerit quia eius malitia appareret, & ideo eū non minus quam alios infantes sacramenti partitipem fecit.

3 Præterea hanc conclusionem, quod iudex & ex actis iudicare teneatur saltem in causis pecuniariis, etiam si illi aduersarii veritas perspecta sit: voluerunt ultra Legistas etiam Canonist. vt ex supra re-latis satis apparet: ac etiam Theologi omnes, vt inquit ultra relatos gl. quam sequuntur Dd. in c. 1. extra de off. ord. & in d. c. pastoralis **s.** cum vero extra de offic. ord. & tradit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. disputat. & alleg. in §. fin. versic. licet autem. & Ang. Imola in l. à Diuino Pio, in princ. ff. de re iudic. & Archid. in c. iudicet. 3. q. 7. & Diuus Thomás de Aquino in secunda secunda, artic. 68. & iterum Corn. in consil. 229. num. 4. volum. 1. & in consil. 87. num. 2. volum. 3. & Socin. iur. in consil. 7. num. 15. volum. 1. & in consil. 79. num. 34. volum. 2. & Ang. in l. sed & si restituatur. **s.** si pater, num. 1. ff. de iudic. & est etiam rex. in l. duo sunt Titii. ff. de testam. tutela. Et hinc est, quod dicunt Canonistæ, Ecclesiam & de occultis non iudicare, ceterabescant. 32. disiunct. vbi gl. & in c. cōsultit. 2. quest. 4. & hoc quo ad sententiam legum vel canonum: Nam alias etiam de occultis iudicat, & occulta punit crimina, vt est gl. in verbo, verū. & in versic. eo ipso, in clem. 1. de heret. & tradit Cardin. Alex. in c. quod nobis. in 2. notab. extra de clandest. de responsa. Præterea quod index debeat iudicare secundum acta & probata, tenet Lancel. in sua pract. lib. 1. cap. 9. de praeto. **s.** de offic. praeto. in cau. ciuili. num. 19. Hoc enim, vt ipse inquit, probabilius & virtius est, vt inquit Philosophus lib. 2. Politice, cap. 7. & notant Do. & præsentim Abb. & Felin. in d. c. pastoralis **s.** quia vero. num. 23. extra de offic. delega. vbi post Bal. ea præsentim ratio adducitur, quod vt supra etiam dixi, conscientia sit particularium & singulorum, & ideo ius non faciat. Hanc eandem conclusionem tenuit Natta in consil. 276. num. 3. volum. 2. & tradit gl. in c. paratus, in versic. secundum legem. 23. quest. 1. & in c. 1. in verbo, secundum quod canones, extra de offic. ordin. & in c. 1. in verbo, asperatu. ff. defer. & Bal. in l. si irruptione. ff. fini. regun. Et ideo

inferunt ad iudicem & è fenestra prospicientem: Nam licet propriis oculis aliquem occidi videat, homicidiam tamen, nisi alias habeat probationes, & in eis iudicium fundet, condemnare non potest, vt inquit Anton. de But. in c. restra, prope finem, extra de cohabit. cleric. & mulie. & Castren. in l. 2. ff. de in item iuran. & in consil. 299. visa inquisitione supra scripta, contum. fin. volum. 2. & Cepol. in consil. 32. quidem rustici, circa finem. & Catellia. Cotta in verbo, Iudex debet. Item quod iudex debeat iudicare secundum acta & probata, tradit Bello. in consil. 57. num. 1. & Ludou. Comes in 4. quest. Regul. de annali posses. num. 5. dum inquit quod ea, quae ad patrem pertinent, iudici & particulariter seu priuatim si producantur, non sufficere, propterea quod Iudex iuxta ea, nisi in actis producta, & registrata sint, sententiam ferre non debet. In actis & autem tunc esse dicuntur; quando pars aduersa ad dicendum contra producta, oblata copia, citata est, vt inquit Bart. cuius opinionem seruat hodie Curia Rotæ Romanæ, in extra vaganti, ad reprimendum, in glo. in versic. de plano. & sequitur late Rom. in consil. 519. in casu propositæ consultationis. Alter enim de iuribus partis prædictæ constare non potest: & illæ, cui nihil constat, nihil quoque agere potest. Nam, vt inquit Bald. in c. fin. extra de iure iurian. Iudex & est quoddam prædicamentum, quod de probationibus & actis prædicatur: & ideo secundum acta & probata sententiam proferte debet, vt inquit rurus Ang. Inst. quib. mod. tute finia. in princ. & in §. si minus, colum. 5. Inst. de actio. & latissime præsequitur Lucas de Penna in l. quicunque. Cod. de tabul. & scrib. lib. 10. Hanc præterea opinionem sequitur Guiliel. Casla. in decis. 12. num. 8. super Regul. Cancel. & vult iudices solum actis credere oportere. Illis vero exceptis nullo modo obligatos esse, & si quid eis ultra acta proponatur, vel ipsi intelligent, attendendum esse, nullamque fidei facere, quoisque producatur & in acta redigatur, & pars aduersa oblata copia ad contradicendum citetur, prout ultra predictos Egidiis in decis. 27. Datur enim, vel non datur tunc fides, prout iura disponunt. l. fin. C. de fide instrument. Ratio autem ea est, quia si iudex prout ei dictat conscientia extra acta ad libitum suum iudicare posset, & posset etiam iniuste absoluere vel condemnare, & pro sententia iustificatione dicere talē esse eius conscientiam, cuius solus Deus cognitor & Iudex est, vt notatur in cap. statutum. **s.** accessorem, de rescrip. in 6. & in clem. 1. in verbo, oneramus, de iure pat. Nec posset quisquam de iudice conqueri, nec in tali casu appellare: & si superior ad iustum & æquum reducere possit, vt inquit gl. in d. verbo, oneramus, & Abb. in c. super his, colum. 5. extra de accusatio. Comprobatur præterea hæc nostra conclusio ex eo, quod si iudex ex sua conscientia posset, via fraudibus aperiri viseretur: Quo fit, vt si Iudex quempiam nullis præcedentibus probationibus condemnnet, in dolo dicatur, vt inquit Bal. in l. 1. colum. 8. C. de his, que pœna nomi cum aliis, quibus tradit Alex. in consil. 131. in causa, col. penul. versic. probatur etiam, volum. 2. Vnde est, vt in quoque iudicio & etiam possit scirto & quomodo cuncte summario, plena probatio requiratur, vt inquit glo. communiter approbata in l. 1. in ver. filium. C. quoniam honorum, prout attestatur Alexan. in consil. 139. circa finem, volum. 6. Nam & quod multo plus est, ipsum met Pontifex ad debitum non probatum condemnare non debet, propterea quod id contra

contra ius naturale vel gentium omnino esset, ut inquit Alex. in consil. II. colum. I. versic. & est ratio, vol. 2. quem sequitur Afflict. in decis. Neapol. 91. iterum colum. 2. & est text in c. nullum. 29. quæst. vlt. & tradit V. antius in tract. nullit. in tit. de nullit. senten. ex defe. proces. numero 37. & 38. Et iterum quod iudex debeat pronunciare secundum acta & probata, tradidit Corn. in l. bonorum, num. 13. C. qui admit. Ex prædictis etiam inferatur, ut vidimus iudicem ex iis qua sibi, ut iudici constant, iudicare debere, ut inquit Riminald. senior in consil. 205. num. 13. volum. 2. & consil. 358. numero 3. eod. volum. 2. & Alber. de Rosate in l. Aurelius, numero 8 ff. de liber. lega. & habetur in decis. Pedemon. 146. num. 14. Et ideo dixit Alber. in d.l. Aurelius, num. 8. Iudicem, ut supra, secundum allegata & probata iudicare debere: Quia iudex ea de re, de qua cum causæ cognitione cognovit, iudicare debet. l. de quatu. ff. de indic. Iudex autem sine causæ cognitione in alterius præiudicium quicquam facere non debet. l. cum hi. §. nihil. ff. de transactio. & habetur in practica Papiens. in for. responsio. in actione hypothecaria, in versic. & renunciantibus. Eo namque casu tanquam priuatus facere videtur: quo sit ut ei obediendum non sit, ut inquit Hippol. Marfil. in §. nunc videndum, numero 39. in pract. criminali. & iterum dicit idem ibidem. in §. successione, num. 2. iudicem qui sine actis iudicauerit ea pœna, quod scilicet litem suam faciat, puniendum esse.

C A P. VIII.

A R G U M E N T U M.

Officium suum Iudex non roga-
tus impartiri potest, ut secundū pro-
priam conscientiam iudicet in ter-
minis voluntariae iurisdictionis, vbi
& alii casus, in quibus Iudex secun-
dum suām cōscientiam iudicare po-
test.

S U M M A R I A.

1. Index in iurisdictione voluntaria secundum conscientiam iudicare potest.
2. Index potest iudicare secundum conscientiam suam, vbi illa nemini nocet.
3. Index si ei pars secreto veritatem causæ fateatur: & si ex actis huiusmodi veritas constare non possit, potest ex conscientia & secundum illam confessio-
nem iudicare.
4. Index qui facit secundum conscientiam, licet faciat contra iustitiam scriptam, non incidit in pœnas c.
cum eterni, de re indic. in 6.
5. Index in quibus secundum conscientiam iudicare pos-
sit.
6. Arbitrator tenetur sequi veritatem, & secundum eam iudicare.
7. Princeps secundum æquitatem naturalem, & sub-
stantiam veritatis omisssis solemnitatibus iudicio-
rum à iure ciuili inductis iudicare potest & debet.

Praecedens autem ampliatio, ut videtur tradere
Ioan. Neuiz. in tract. sylva nuptia. lib. 5. intit. quo-
modo iud. in dubio, pag. 552. num. 121. ex infra scriptis
limitatur, ut post eum tradit Felin, post Barbat. in c. pa-

storali. §. quoniam, colum. fin. extra de offic. deleg. inter-
quas est illa, quod de iurisdictione & voluntaria in-
telligatur. Nam in illa iudex indistincte conscientiam suam sequi debet: Nam tunc pro omnibus &
in omnibus causis Deus index est. l. properanda. §.
sinautem reus, inff. ff. de iudic. & Philip. Dec. in l. anpe-
nult. que incipit, bonorum, inff. C qui admit. Vbi idem
& dicendum arb. tratur, quando iudicis conscientia nemini obest. Et facit illud, quod dixit Anch. in consil. 210. facit dubium, in fin. dum inquit quod si
inter coniuges sit lis, nec de eorum causa liqueat,
conscientiam in eorum manib[us] relinquerendam
esse: & idem inquit voluisse Curt. iun. in d. l. antepen.

Secundo limitatur, vt voluit Curt. iunior in d. 3
l. antepenalt. ultra Felinum, si pars fatetur iudicis se-
creto, & fortasse oretentus, cause veritatem. Nam
in eo casu etiam quod ex actis de veritate constare
non possit, Iudex secundum illam confessionem
iudicare non debet, ut inquit Felin in c. cum venerabi-
li, colum. 13. extra de exceptio. & Alex. in l. fin. ad quem.
ff. de re indic. & Catellia. Cotta in 2. parte memo. in ver-
fic. Index debet iudicare. Quia ad subleuandos bonos,
non ad malos tuendos tela iudicaria inuenta est, ut
inquit Pontifex Pius Epist. 5. car. 1. dum inquit, Ve-
ritatem iudicij dominam esse: & ut ei Iudices inser-
viant, neesse esse. Et latius & melius comprobat
Cicero in 2. officio. dum inquit, Iudices semper in
causis verum sequi, & nonnunquam verisimile, et
iam si minus verum sit defendere debere, ut inquit
Zazi. in oratio. 12. apud literatos: & late Rosa. Busli. lib.
2. sermo. 31. liter. x. & sequen & Bal. in l. fin. C. de pen. iud.
qui male iudic. eum qui facit & secundum conscientia-
tiam, licet faciat contra iustitiam scriptam, in pœ-
nam c. cum æterni, de re indic. lib. 6. non incidere, &
voluit Anch. in consil. 199 de pluribus queritur. Et habe-
tur in summa Ang. in verbo, restitutio, il 1. §. 8. dum in
ea dicitur, Iudices non ex usari, si scriptura porre-
& æ contractum licitum ostendant, si conscientia
usurarium esse suadeat, ut inquit Ludouic. Nitard. in
tract. de reprob. scient. Pilati. quem refert Ioan. Mentolog.
in promptuario iuris, in verbo, Iesus est, in 1. part. car. 336.
in fin. & car. sequen. & tradit Paul. Castr. in consil. 380.
Iudex est minister Dei, in princ. & Ang. in l. fin. C. de ie-
stamen. dum inquit, veritati semper locum esse de-
bere, licet Corn. contra, saltem in causis pecunia-
riis, ut supra dixi existimauerit, in consil. 23. volum. 2:
& tradit Ioan. And. in additio. ad Specul. in tit. de disput.
& alleg. §. sicut. 3. Accedat eti: in quod authoritas le-
gum naturalem veritatem tollere non potest, ut in-
quit Bal. in c. contingit. col. 2. extra de restit. spoliat.

Tertio limitatur prædicta ampliatio, ut inquit
Bertach. in d. tract. de epist. quando agitur de ætate &
& quando agitur de finibus. Item quando iudex vi-
det aliquem arma ferre: Nam in his casibus ex iis,
qua videt, sententiam ferre potest, & si ex actis non
constet, ut inquit Angel. in consil. 343. in causa, colum.
fin. & seq. Et hæc multo magis in arbitratore & pro-
cedunt, qui veritatem sequi tenet, vnde cumque
eam hauriat, etiam ut dicunt Doctores aiunt
garritu, ut inquit Curt. senior in consil. 23. Ergo multo
magis idem de Princeps & dicendum est, qui ut in-
quit Paris de Puteo in tract. de syndic. in verbo, sen-
tentia. col. 9. in fin. secundum naturalem & æquitatem
tantum iudicare debet, veritatisque substantiam
solemnitatibus iudiciorum à iure ciuili inductis
penitus omissis & reiectis. Et ratio est, quia coram

Prin.

Principe iura ciuilia pro authoritate non allegantur, imo quandocunque causam decidendā committit intelligitur sola veritate inspecta, ut late dixi in mea praxi iudiciaria.

C A P. IX.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impertiri nō potest, vt super non petitis pronunciet.

S V M M A R I A.

1. Index super non petitis iudicare non potest.
2. Sententia lata super non petitis non valet.

Septimo ampliatur prædicta conclusio, vt iudex super non petitis iudicare non possit. *l.fin.C.de fidei communis.libert.* vbi dicitur fatuum esse illum iudicem, qui super non petitis ius reddit, & tradit *Aymon Crauet.in consil.271.num.6.* Præterea fatuum esse iudicem, qui super non petitis iudicat: & aliter quam sit petitum, voluit etiam *August. Berous in consil.48.num.11.vol.3.* Et ideo eius sententiam non valere inquit. *c.licet Heli, extra de Simon. & l. vt fundus ff.commun.diuidun.& clemen. sepe, de verb.signific.* Fatuum autem esse huiusmodi iudicem, probatur per ea, quæ voluit *Abb.in c.licet causam,in 4.col.vers. vlt.nota.extra de probatio. & Andr. Barb.in c.nisi specialis,colum.6. extra de offic. deleg.* Præterea quod iudex non possit iudicare super non petitis, tradit *Corn. in l.quoniam,num.2.C.vt in posses.legat.per ea que dixit ibi Bal. & in l. vinum. ff.si cert. pet. & Bal. iterum in l. hunc titulum, num.6.ff.de postulan.*

Limitatur autem hęc ampliatio, vt inquit *Corn. in d.l. quoniam, num.2.* quando illud, super quo iudex sententiam tulit in consequentiam petitorum veniret, & comprehendenteretur, per text. in *l. si quis missum. §.iudex ff.de dam.insec. de quibus tradit Bart. in in l.4. §.hoc autem,eod.tit. & infra latius in limitationibus dicetur.*

C A P. X.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Index iuramentum deferre, nisi petatur, non tenetur.

Octauo ampliatur prædicta regula & conclusio in iuramento: illud namque iudex nisi deferre nisi petatur, non tenetur, vt inquit *Roland. à Valle in consil.83.num.11.vol.pere a,qua voluit Bart & sequuntur ali in l.admonendi. ff.de iure iuran.* Debet autem peti secundum prædicta, videlicet in actis & secundum formam iuris.

C A P. XI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Sententia pro reo ferenda à iudice nisi petatur, ferri non potest, nec etiam citatio committi.

Nono ampliatur prædicta conclusio in sententia pro reo ferenda: nam à iudice nisi ferri non potest, nec committi citatio, nisi petatur. *l. proponendum. §. & si quidem. C. eod. tit. & tradit Rom. in no-*

tab.570.num. 1. Et ideo ex his infertur, iudicis assertioni standum non esse. Et *Ioan. Bapt. Santius in subscriptione inquit cōf.6. Socij n.15.vol.1.assertioni iudicis credendum non esse sed iis, quæ in iudiciis à tabellionibus scripta sunt, vt habetur in c. quoniam contra falsam, extra de probatio.*

C A P. XII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum iudex non rogatus impertiri non debet in dandis dilationibus.

S V M M A R I A.

1. Dilatōnes nisi petantur, iudex concedere non tenetur.
2. Statutum disponens tradendo formam de dilationibus dandis intelligitur, si petantur.

Decimo præterea ampliatur in dilationibus: eas namque partibus Iudex dare & concedere non tenetur, nisi petantur, l.i.ibi postulanti dari conuenit. *C.de dilatio. & l.2. vbi Bal. C.vt intra cer.temp. & Iac. de Arena not. & Bal. in l.fin. ff.de feriis. & rursus Bal. in l.cum à nobis. C. de dilatio.* Id quod procedit etiam si statutum non certam formam de dilationibus dandis & concedendis constituat. Nam huiusmodi statutum si à parte petatur, intelligendum est, vt inquit gl. quam sequuntur ibi *Dd. in l. si curatoris, in verbo. haberet. C. de iure delibera. & supra etiam diximus, & late tradit Vantius in tract. nullit. in tit. de nullitat senten. ex defectu proces. num. 43.*

C A P. XIII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impertiri nō potest, vt exceptiones ordinarias reiiciat.

S V M M A R I A.

1. Index ex officio exceptiones ordinarias à parte oppositas reiicere non potest.
2. Index qui habet liberum procedendi arbitrium, exceptiones ordinarias à parte oppositas reiicere non potest.

Vndecimo ampliatur, vt inquit *Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 174. ff. de acquiren. posses. in exceptionibus ordinariis reiiciendis: nam Iudex ex officio exceptiones à parte oppositas reiicere non potest. Id quod ampliat & extendit *Aret. etiam si Index à parte oppositas reiicere non potest. Id quod ampliat & extendit Arbitrium habeat, per ea quæ voluit Bald. in l. ne-ganda. C. qui accusa. non poss. Bal. tamen id dicere subdit ibidem Ripa non reperi, sed comprobari posse ex iis, quæ late tradit *Felin. in cap. 1. colum. 15. extra de constitutio.***

C A P. XIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Index eas probationes que à libello non proueniunt recipere non debet.

Duode-

Dodecimo ampliatur ex eo, quod Iudex † eas probationes, quæ à libello non descendunt, recipere non debet: & ideo quando libellus & probationes diuersi generis & inter se repugnare videntur: talium probationum oblatio nihil operatur, vt inquit Ias. in l. omne officium, num. 9. ff. de offic. aſſ. per ea, quæ voluit Bal. in l. i. in fin. C. vt in posſeſſ. legato argumento illius tex.

C A P. XV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex non potest procedere contra contumacem nisi parte petente.

Decimotertio ampliatur ex eo q̄ Iudex † contra contumacem, nisi parte petente, procedere non potest, vt inquit Aret. in d. l. properandum. num. 8. C. de iudic. Et ideo subdit Bal. dixisse in l. i. C. vt qua defunt aduocat. delata fuisse quandam sententiam, quia non reperiebatur citationem ad instantiam partis emanasse.

C A P. XVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Officium suum etiam non potentibus iudex impar- tiri tenetur, vbiunque concernit & respicit pub- licam utilitatem.

Vidimus supra plures ampliations ad regulā, quod iudex non teneatur impartiri officium suum, nisi potentibus: Consequens modo est, vt ad limitationes, quæ quamplures sunt, descendamus: Et primo loco generalis illa limitatio præmittenda est, vt Iudex † semper vbi tractatur de publica utilitate, etiam non potentibus officium suum impar- tri debeat & teneatur. Hæc autem limitatio vti generalis, quia plures speciales casus respicit, merito infra vnaquaque suo loco dicemus: Satis autem hoc tempore fore existimo, si eam tanquam genera- rem aliquibus authoritatibus confirmabimus. Quod igitur ob publicam utilitatem iudex ex suo mero officio etiam non implorato agere possit & debeat, voluit Bart. & sequuntur alii in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de danno infecto, & Abb. in c. tuam, num. 2. extra de atate & qualit. & est tex. in l. congruit. ff. de offic. præsid. & in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. prout dicit Bart. in d. §. hoc iudicium, in 2. oppositio- ne, & de hoc tradit Ripa in d. §. hoc iudicium, num. 16. cum sequen. & Abb. iterum in c. conquerente, num. 1. ex- tra de filius præb. & Alexan. in d. l. 4. §. hoc autem iudi- cium, num. 4. & 5. & Imola in c. Odoardus, num. 18. extra de solutio. Possem pluribus aliis iuribus & authorita- tibus comprobare: verum quia magis deinde in indiuiduo de his particularibus casibus tractandum est, merito satis hoc tempore hanc limitationem confirmatam censemus.

C A P. XVII.

A R G U M E N T U M.

Officium suum Iudex non roga- tus impartiri in iuramento calumnię tenetur.

S V M M A R I A.

- Iudex ex officio suo potest mandare partibus, vt de ca- lumnia iurent, si iurare omiserint.
- Iudex imo etiam arbiter potest utrag, parte contra- dicente & inuita, & pendente etiam lite, ex suo officio à partibus iuramentum calumniæ exigere.
- Processus non vitiatur, si iudex non mandet iurari de calumnia.
- Officium iudicis vbiunque succedit in aliquo, quod à partefaciendum erat, limitatur & restringitur ad illud tempus, in quo pars facere tenebatur, & quando hæc regula procedat.
- Iuramenti calumniæ generalis super tota causa, & specialis super certo articulo, differentia.
- Iudex ex suo officio potest supplere pro reo, quando constat de calumnia.
- Calumnia evidens habetur loco incepti libelli.
- Iudex potest pro accusatore supplere, ac etiam pro ac- cusato.

Secundo limitatur præcedens conclusio in iura- mento calumniæ: Quandoquidem si pars de ca- lumnia iurare omittat Iudex † ex suo officio, vt de t calumnia iurent, partibus mandare potest. Et ratio est, quia in iis quæ publicam utilitatem respiciunt, Iudex ex suo, vt diximus, officio supplere potest, vt inquit Francisc. Curt. in l. fin. §. sed quia veremur. n. 2. C. de iure iur. propter calum. dan. & rursus idem Curt. in l. si quis in conscribendo. C. de paci. & voluit Bal. per illum t. ex. in d. l. fin. §. sed quia veremur: Iudicem † imo & arbi- trum posse etiam utraque parte contradicente & inuita, ac etiam quandocunq; lite pendente, mero suo officio à partibus iuramentum calumniæ exi- gere, per ea quæ voluit Ioan. Andr. in c. 1. de iure iur. in no- uel. Et ideo dixit Paul. Castr. in d. §. sed quia veremur, quod † licet Iudex de calumniæ iurari non manda- 3 terit, ob id quod à parte petitum non sit, pro- cœlsum tamen non vitiari, propterea quod tunc de- dum de iudicij substantia est, si à parte petatur, vt ibilatius Caſtren. prosequitur. Nec obstat si fortasse ex regula gl. in l. filius familiæ. §. veterani, in versic. preter- missum. ff. de procurat. dicatur, quod quotiescumque officium † iudicis in eo succedat, quod pars aliqua 4 facere debebat, limitetur & restringatur ad illud tempus, in quo pars ipsa facere tenebatur: Quia re- spondet Curt. in d. §. sed quia veremur, ambas cœclu- siones concordando: Illud quod dicit gl. proce- dre, nisi Iudex ex officio in iuris partibus & contra- dicentibus facere possit, vt in iuramento calumniæ ob publicam utilitatem inuenio, accidere certum est: Præterea idem voluit iterum Curt. in d. l. fi. §. sed quia veremur, num. 2. & Ripa in d. l. damnum. §. hoc au- tem iudicium, num. 50. ff. de danno infecto. Et licet Bart. ibi in iuramento † calumniæ super tota causa dela- to procedere arbitretur: secus vero sit, si super ali- quo particulari articulo deferatur: Nam tunc et- iam ex suo officio patrem iurare compellere non possit, nisi petatur. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper- noui nuncia. Attamen vt subdit ibidem Ripa, si iudex partem etiam super certo & particulari articulo ca- lumnari suspicetur: posse eum etiam super tali spe- ciali articulo iuramentum calumniæ etiam si non petatur exigere, vt voluit Caſtren. & sequitur Ias. in d. §. qui opus. Nam iudex ex suo officio calumnias re- pellere potest, vt inquit gl. in l. qui cum maior. §. si pa- tris. ff. de bonis libert. Et ideo dixit Bald. in l. i. colum. 2. num. 11.

- 6 num. ii. C. quomodo & quando iudex. Iudicem † pro reo suppleré posse, cum constat de calumnia accusantibus: Quandoquidem euidens calumnia † pro libello inepto habetur, vt ait Innoc. in c. i. extra de officio vicar. Et ex consequenti non exceptionis vi, sed notoriū, vt tradit Cyrus in l. reos. C. de accusatio. Nam vbi est notoriū, ibi disputari non dicitur: Sed disputationem iā fuſſe, vt notat Inno. in c. statuimus, extra de officio deleg. Subdit præterea ibi Bal. n. 12. † Iudicē pro accusatore, supplerē posse l. quēuis dubitati C. de adult. & sic tā pro accusatore quam pro accusato, odiosa remedia allegando, vt est bannū notorium: vel si bannum ex Archino cum toto processu producatur, alioquin pro banni sententia non præsumeatur, cum interlocutoria sit, & contra ius commune.

C A P. XVIII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, denegādo commissione examinis ob calumniam.

S V M M A R I A.

- 1 Index ob calumniam examinis commisionem denerare potest.
- 2 Literas dimissorias ad testes examinandum potest denegare Iudex calumnia causa.

Secundi limitatio ex eo colligitur, quod Iudex ob calumniam commisionem examinis denerare potest, literas sue dimissorias † ad valde longinqua & remota loca, vt voluit Bal. in l. iudices. C. de fide instrum & dixit Roman. in d. consil. 273. clarum est beneficium, num. 3. & Felin. in c. de cetero, num. 12. extra de re iudic. & refert & sequitur Hippol. Marsil. in sua practica criminali. §. opportune, num. 8. & Cassa. in decis. 3. in tit. de dilatio. & Franc. Pauli. in tract. de offic. & potesta. sede vacan. in 10. quest. 1. parte, n. 9. ibi. si non calumnioso peratur, & num. 10. ibi, vel quando ex coniecturis apparuit, quod calumnioso petitur.

C A P. XIX.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest in reiiciendis calumniosis exceptionibus.

S V M M A R I A.

- 1 Index ex suo officio calumniosas exceptiones partis reiicare potest.
- 2 Index potest calumniosas exceptiones ex suo officio repellere, non solum si constat de calumnia, sed etiam si eas retardanda litis causa opponi vehementer suspicetur.
- 3 Executor si videat exceptiones dolose obici, executionem retardare non debet, sed eas reiicare debet.
- 4 Exceptio falsa appellationem iustificare non potest.
- 5 Donatio si sit simulata, donatarius tanquam calumnians repellendus est.
- 6 Index calumnioso excipientem non solum potest non audire, sed etiam ad alia pertransire.
- 7 Calumnia leuis presumptio in summario iudicio sufficit ad repellendum excipientem: in pleno vero iudicio vehemens suspicio necessaria est.

- 8 Calumniosas exceptiones quod iudex posse reiicare super peremptione instantiae.

Tertiō limitatur ex eo quod iudex † ex suo officio partis calumniosas exceptiones repellere potest, & in specie remissorias, ut aiunt, partibus denegare, si calumnioso peti cognoscit, prout voluit Roman. in consil. 273. clarum est. col. fin. num. 3. per tex. in l. satis aperte. C. de falsis. & notat Innocen. in c. post electionem, extra de concess. praben. & tradit Ripa in d. l. damnum. §. hoc autem iudicium, num. 52. ff. de damno infecto. vbi inquit † Iudicem calumniosas exceptiones non solum cum constat de calumnia reiicare posse, sed etiam si eas litis retardandæ causa opponi vehementer suspicetur, sequitus Bal. in l. peremptorias. col. penult. C. sent. rescin. non posse. & tradit Panor. in d. c. de cetero, extra de reiadic. inquiens executorem, † si videat dolose excipere, suam executionem protegare non debere. Pariter etiam dixit Ioan. de Anania. in c. super eo, extra de crim. falsi. quod si Iudex falsitatis exceptionem obici litis differendæ causa suspicetur, eam reiicare potest per tex. in d. l. satis aperte. C. de falsis. Nec in his casibus Iudex quicquam de appellatione curare debet, quia falsa exceptio appellationem † iustificare non potest. c. interposita, 4 extra de appellatio & ita etiam inquit Panor. in c. pastoralis. §. quia vero, colum. 2. extra de offic. delega. & in c. nullus, extra de presumptio. & tradit August. Berou in consil. 5. num. 6. & 7. volum. 3. Præterea hanc conclusionem firmat iterum Bal. in consil. 268. num. 2. vol. 5. exemplum ponens in donatione † simulata: eo enim casu inquit donatarium tamquam calumniantem repellendum esse: Quandoquidem cum iuris presumptione de calumnia appetet, Iudex eum ex suo officio repellere debet, vt notat Innocen. in c. i. extra de officio vicar. Hanc eandem opinionem sequitur Affili. in c. sacramentum. §. in quibusdam, num. 14. de consuet. reiudi. lib. 3 feudo. & Cassa. super consuetud. Burg. §. 7. num. 12 & notatur in proem. Inst. ibi, calumniantium iniquitates expellat. Et ideo dicunt, † Iudicem calumniantem quemlibet nomine excipiente, sed suo mero officio reiicare & expellere posse, vt haberetur in l. qui cum maior. §. si patris. ff. de bon. libert. & tradit Socin. iun. in consil. 34. num. 8. volum. 4. & Innocen. iterum in c. post electionem, in glos. in verbo, institutio, cum quo transeunt Dd. extra de praben. & dignit. Et Alexan. in consil. 65. habita super contentis, num. 7. versic. fortificant predicta, volum. 1. & ibid. num. 5. inquit Iudicem non solum calumnioso excipientem audire non debere, sed nec posse, sed ad ulteriora pertransire debet, vt inquit Innocen. in c. post electionem, extra de concess. praben. & Bal. in l. 2. C. senten. rescin. non posse. & Abb. in c. super eo, in fin. extra de appellat. & in c. super eo, in fine. extra de officio delegat. & Abb. in d. c. nullus, extra de presumpt. & Felin. in d. c. de cetero, colum. 3. extra de re iudic. & Cur. senior in consil. 66. colum. 19. & Bertran. in consil. 42. viso processu, colum fin. volum. 1. Et id non solum, vt paulo ante diximus, procedit si de calumnia constat: sed etiam Iudex illud facere potest si litis retardandæ causa fieri vehementer opinetur, quandoquidem tunc has calumniosas exceptiones reiicare potest ex suo officio. & debet: Esi Butt. in d. c. post electionem, in fi. illud c. de summario iudicio intelligat, vt tunc scilicet ex † leui presumptione calumnia 7 exci-

excipientem repellere possit: at in iudicio ordinario & plenario talem exceptionem repellendam non esse, sed ex vehementi. Præterea quod vehementis suspicio requiratur, tradit Ias. in conf. 44. col. fin. volum. 3. In dubio autem semper præsumendum est, ut inquit Butrius *eodem in loco*, iudicem ex causa ad repellendum exceptionem motum esse, *argumento tex. in c in praesentia. extra de renuncia. & in c. sicut extra de re iudic.* Præterea hanc opinionem, quod § index possit reiicere exceptiones + calumniosas factas de peremptione instantie, firmat etiam ultra predictos Alex. in conf. 43. num. 10. vol. 3. Imo subdit ibidem, iudicem aberrare, & male agere, nisi allegationem rei insistentis calumniosam de instantiæ peremptione quam primum non reiiciat, *per ea que notauit Innoc. in c. 1. extra de offic. deleg.* & *not at gl. in d. l. qui cum maior. §. si patris, in versic. calumniosam. ff. de bonis libert.* Confirmari autem hanc limitationem ideo dicunt Dd. qui finem litium respicit, & publici iuris obseruantiam, cum lites breues esse Reipublicæ intersit. *l. quidam extimauerunt ff. si cert. pet. & c. finem litibus. extra de dolo & contum.*

C A P. XX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex debet & potest ex suo officio reiicere exceptiones calumniosas, etiam si nondum sit iuratum de calunnia.

Ampliatur hæc conclusio, quod iudex ex suo officio exceptiones + calumniosas reiicere potest & debet, etiam si adhuc de calunnia iuratum non sit, ut inquit Afflict. in d. c. sacramentum. §. in quibusdam, num. 14. in tit. de consuet. recti seudi, lib. 3. feudo. per tex. in c. 2. extra de offic. vicar.

C A P. XXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex etiam si extet statutum quod omnes exceptiones etiam calumniosae admittantur exceptiones calumniosas reiicere potest.

Secundo ampliatur prædicta conclusio, ut exceptiones calumniosas + reiicere possit, etiam statutato disponente, ut omnes exceptiones etiam calumniosæ admittantur. Et ratio est, quia huiusmodi statutum non subsistit, ut inquit Signo. Homod. in conf. 9. statuto Mediolan. & tradit Ripa in d. l. damnum. §. hoc autem iudicium, num. 53. ff. de damno infecto.

C A P. XXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex etiam in causis capitalibus exceptiones calumniosas reiicere potest.

Tertiio ampliatur etiā in causis capitalibus: Nam in eis quoque Iudex + ob calumniosas exceptiones executionem differre non debet, ut inquit Joan. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de le. §. restat. vers. quid si in statuto. Id autem verum est, cum constat de calunnia, & periculum est in mora. At ubi sola est calunnia præsumptio, etiam quod sit vehementes,

Ripa in d. l. damnum. §. hoc autem iudicium, num. 54. inquit non credere in causis criminalibus tales exceptiones reiicere debere: & ita inquit existimare loqui Bal. in l. l. col. penult. C. qui accus. non poss. & And. Barba. in d. c. super eo. extra de offic. deleg.

C A P. XXIII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impariēs in reiiciendo exceptiones calumniosas, debet causam exprimere.

S V M M A R I A.

- Iudex licet exceptiones suspectas de calunnia reiicere possit, debet tamen causam suspicionis exprimere.
- Sententia non continens causam suspicionis facile tractari potest.

Praedicta autem regula etiam in quibusdam casibus limitatur, & primo si suspicionis causam non exprimat: Nam licet Iudex + exceptiones de calunnia suspectas reiicere possit, cautus tamē in exprimendo causam suspicionis esse debet: Nam alioquin ea non expressa sententiam facilime + à Iudice ad quem retractari posset. & quod plus est, ut ipse in Sindicatu vexaretur, ut inquit Felin in c. licet causam, colum. 3. extra de probatio. argumento eius, quod dixit Bartol. in l. Lucius ff. de his, qui notantur infam. & Panormit. in c. 1. colum. penult. extra de dilatio. & rursus Felin. in cap. cum sit Romana, columna final. extra de appellatio.

C A P. XXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex exceptiones calumniosas, vel de calunnia suspectas reiicere potest, nisi excipiens offerat se in continentis eas probare.

Secundo limitatur præcedens conclusio, ut + Iudex exceptiones calumniosas, vel de calunnia suspectas reiicere non possit, quando excipiens exceptiones oppositas in continentis probare se offerat: oblatio namque ita facta calunnia præsumptionem tollit, ut notatur in c. interposita, extra de appellatio. & tradit Ripa in d. l. damnum. §. hoc autem iudicium, num. 56. ff. de dam. infect.

C A P. XXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex non potest exceptiones calumniosas vel de calunnia suspectas reiicere, quando excipiens adducit causam, quæ suspicionem tollit.

Tertiio limitatur præcedens regula, quod + iudex exceptiones calumniosas vel de calunnia suspectas reiicere potest, si excipiens causam adducat, quæ suspicionem huiusmodi tollat, ut voluerunt Ant. de Bur. & Imola in d. c. super eo, extra de renuncia. & in c. quia verisimile. col. 2. extra de probat.

C A P. XXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iudex non potest calumniosas vel de calumnia suspe-
ctas exceptiones reiucere, quando calumnia a vana
quorundam voce procedit.

Quarto limitatur præcedens conclusio, si + ca-
lumnia suspectus a vana quorundam voce pro-
cedat, seu originem habet, ut concludunt Dd. in d. c.
licet causam, extra de probat. ibi, quamvis nulli crederent
via exceptionis militiam opponi. Procedit enim regula
& conclusio supra firmata, vbi ex probabilibus &
verosimilibus signis calumniae presumptio & su-
spectus origine habet & procedit.

C A P. XXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iudex ex suo mero officio, an iuramentū deferre pos-
sit, vel partem interrogare, an velit iurare, & alia
multa hoc genus.

Quarto principaliter limitatur conclusio supra
firmata, quod + iudex non debet impartiri of-
ficium suum, nisi petenti, in delatione iuramenti
probatorii: Nam vt inquit Bald. in l. s. calumniatori-
bus, num. 18. C. de accusat. & inscri. Index illud ex suo
mero officio deferre potest. Et mouetur, ex iis, que
notantur in cap. 1. de iuramen calum. lib. 6. in nouel. Sed
magis dubitatur, an idem possit postquam conclu-
sum est in causa? Quia in re Lanfranc ab Oriano in
l. admonendi, num. 94. ff. de iure iuruan. inquit, Bal. ibi
alio modo loqui, & alio in l. Cod. senten. rescind. non
posse & in l. vniuers. C. vt quae desunt aduoca. vt scilicet
iudex ad libitum deferre possit, per tex. in l. vbi cunq. ff.
de interrogat. actio. & in c. inter dilectos, extra de fide
instrum. & in ciudicante. 23. quest. 5. dum eis in locis
expresse dicitur, iudicem in quacunque iudicii
parte alteram partem, an velit iurare, interrogare
posse, & volenti deferre. Præterea idem Bald. in l. in
bona fidei. C. de iure iuruan. pariter dicit, iudicem super
declaratione actuatorum iuramentum deferre pos-
se, & comprobari inquit ex eo, quod notat Innoc.
in c. inter dilectos, extra de fide instrum. in suis additioni-
bus & ex eo quod notat Speculat. in tit. deposit. in s.
quarto opponitur, versic. regulariter declarantes intelle-
ctum d. l. vbi cunq. videlicet quod licet illa lex gene-
raliter loquatur, disponatque iudicem in quacun-
que iudicii parte liuigantes interrogare posse: id ta-
nien intelligendum esse, vt post conclusum in causa
super declaratione productorum in causa inter-
rogare possit: si autem de alio iure loquamur, ve-
litq; index super eo interrogare, vt puta super aliquo
iure nouo, & in causa non producto, & tunc
interrogare non possit, licet contrarium consulendō
tenuerit Jacob. de Butrig. pariter idem in casu
proposito dicendum arbitratur: Nam cum semi-
plena probatione iudex plenam notitiam non ha-
beat, & ideo adhuc ambiguus esse intelligatur, vt
inquit Iureconsultus in l. admonendi, in ver. solent ff.
de iure iuruan. Merito vt huiusmodi ambiguitas de-
claretur, quæ à iure in iudicio iam producto proce-
dit, partem an velit iurare interrogare potest, illi-
que si velit deferre. Hanc opinionem sequutus est
Roman. in d. l. admonendi. que plane idem quod pri-
ma inspecto effectu, continere videtur, vt scilicet
post conclusum in causa huiusmodi iuramentum

ex iudicis officio deferri possit. Et si Romanus au-
thoritate Innoc. & Speculat. de quibus supra, men-
tionem fecimus, existiment iudicem ad declaratio-
ne productorum interrogare posse, & ob id in-
feratur, vt in causu proposito deferri non possit. At
Lanfranc. contrarium verius, ac etiam ex eorum
dictis, quod quidem plus est deferri posse, vt supra
vidimus arbitratur. Verum Bal. in c. 1. in tit. de cog. re-
fus. itidē voluit, vt scilicet iudex ex suo officio non
possit, postquam est conclusum in causa, deferre
iuramentum. Lanfrancus autem eodem in loco,
quicquid dixerint alii, arbitratur verius, & magis
communem opinionem esse, vt postquam in cau-
sa conclusum est, nemine etiā petente, si nunquam
id in iudicio petitum fuerit à iudice ex mero suo
officio parti deferri posse. Capicius vero in decis. 35.
num. 1. inquit Bart. in d. l. admonendi, colum. penult. vo-
luisse ad petitionem partis deferendum esse, per text
in d. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. &
idem subdit voluisse Ang. in d. l. admonendi, colum. 1.
& Anton. Butr. in c. fin. colum. fin. extra de iure iuruan. li-
cet Abb. in d. c. fi. §. sane, in fin. voluerit, vt etiam par-
te non petente iudex differre possit, cuius opinio-
nen sequitur Alexan in consil. 53. volum. 2. per tex. in
d. l. vbi cunq. ff. de interrogat. actio. & ea quae notat Bal.
sibi contrarius in l. actor. in princip. C. de probatio. las. au-
tem in d. l. admonendi, in fine. dicit Bart. opinionem
veram esse & communem, & eam quibusdam ar-
gumentis & authoritatibus confirmat. At Gratus
in consil. 72. num. 7. volum. 2. tenet aliam opinionem,
vt etiam parte non petente iudex ex suo mero offi-
cio iuramentum in defecitu probationis deferre
possit, stante illa clausula libelli, petens sibi ius &
iustitiam ministrari. & allegat Alex in consil. 91. in causa
& lite, colum. 1. volum. 5. & Decius in consil. 252. agitur,
colum. 2.

C. A P. XXVIII.

A R G V M E N T U M.

Officium suum non rogatus Iu-
dex impartiri potest in continuando
processu delatoris.

S V M M A R I A.

- 1 Index ex suo officio causam ab aliquo delatore cœ-
ptam & non perfectam prosequi potest.
- 2 Index causam ab aliquo delatore cœptam & non per-
fectam, sed derelictā, vt ab alio prosequatur, com-
mittere potest.
- 3 Notarius aliquis si in aliqua causa scribere incœperit,
an alias procedere possit, & quid si primis sit impe-
ditus.

Quarto limitatur præcedens conclusio, quan-
do aliqua causa ab aliquo delatore publicæ v-
tilitatis causa incepta est, eam tamen de inde pro-
sequi morte prætentus, vel quatuor alia de causa im-
pediat: Nam + iudex eandem causam ex suo of-
ficio ob eandem publicam vtilitatem prosequi &
perficiere potest, vt inquit Joannes de Platea in l. mone-
te, colum. 1. versic. & sic nota. C. de delato. lib. 10. per illum
& per tex. in l. penult. in princip. ff. de public. iudic. & in
l. 2. C. de abolitio. & in c. 1. & 2. extra de collus. & tradit
Bar. in l. libellorum, in fin. ff. de accusat. Imo + potest &
etiam iudex ipse committere ac iubere alteri, vt
causam

causam ab alio inchoatam & derelictam prosequatur, ut inquit idem Ioan. de Platea causum esse valde notabilem in d.l. moneta. Vnde manifeste apparet, quod sicut Iudex, qui causam coram se ab aliquo inchoatam & derelictam ex suo officio prosequi & perficere potest, ut supra dictum est; Ita etiam alteri, ut eam prosequatur iubere, posse, & usque in finem perducat, & præcipere posse, & ita, ut nouam dilationem proponere non teneatur, nouum agendi modum, sed super iam proposito procedat: & ita intelligit legem illam, libellorum. §. fin. duin dixit ex integro repetere, hoc est, prosequendo primaria actionem. An autem quando unus + Notarius incipit acta scribere in aliqua causa, possit deinde aliis prosequi & perficere, ut non possit, dicendum videtur, prout etiam in simili dicitur, incepta ab uno nuncio, alium prosequi non posse. l.i.C.de fport. vbi tradit etiam Bart. Id autem limitatur, si primus notarius vel nuncius sit impeditus. l.i.ff. de offic. consil. vbi tradit iterum Bart. & habetur in Auth. de tabellio. §. nos autem, in gl. incipiente, tibi. Hanc conclusionem late & copiose prosequitur Boſius in sua pract. crimin. in tit. de accus. num. 14. fol. 55.

C A P. XXXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex quando in iudicio constat de iure tertii: potest iudex & prælatus supplere in iudicando.

Sexto limitatur, + quando ex deductis in iudicio constat de iure tertii prorsus actionem excludente: Nam tunc de huiusmodi iure Tertii opponere licet: Verum si huiusmodi ius Tertii publica vtilitatem seu Ecclesiæ respiciat; tunc non solum iudex, sed etiam Prælatus ex suo officio in iudicando de eo iure Tertii, etiam in eadem instantia supplere potest: & utriusque parti silentium imponere, ut inquit Abb. in c. licet magister. num. 3. extra de supplen. negl. prælat.

C A P. XXX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex ex suo officio manifesta iniquitati occurtere debet.

Septimo limitatur ex eo quod Iudex ex suo officio, manifesta iniquitati, etiam si parti via præclusa sit pacto vel statuto, occurtere debet & potest, ut voluit Hostiensis in c. Quintauallis, extra de iure iurian. quem refert & sequitur Pet. Anch. in consil. 176. risis, &c. post prin. & refert Hippol. Marfil. in consil. 39. num. 27. & in consil. 43. & 34. & in consil. 60. num. 20. & in consil. 73. num. 32. vol. 1.

C A P. XXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex ex officio suo agentem repellere potest vbiunque contractus est dolo vel metu factus & pars id fatetur.

Octavo limitatur præcedens conclusio ex iis, quæ dixit Bart. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de

pact. & refert Fortunius Barcia. ibid. num. 76. dum inquiunt, quod vbiunque contractus est dolo vel metu factus & conceptus est, parsque id fatetur, Iudex ex officio suo agentem repellere potest. Id autem ea ratione probat Fortunius, quod agens contra rationem, naturalemque æquitatem agat, ut habetur in l. i. ff. de doli exceptio. At cum contra huiusmodi æquitatem, & præsertim ad aliquid ex contractu acquirendum agit. Iudex pacta non debet seruare, ut habetur in l. plane. ff. de petitio. heredi. vbi Bar. declarando illum tex. dicit, Iudicem ex officio suo æquitatem ex utraque parte respicere debere, ut habetur in l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. Merito mirum non est, si iudex ex officio agentem repellere potest.

C A P. XXXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex ex suo officio potest & debet prouidere ne quis locupletetur cum aliena iactura.

Nono limitatur, quia Iudex ex suo officio potest ac debet supplere, ne quis cum + aliena iactura locupletetur, ut inquit Imola in c. potuit, extra de empt. & vendit. perea, que habentur in d.l. plane. & in l. fi. ff. de petitio. heredi. & voluit Ang. in d.l. fi. & in d.l. plane & in d.l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & in l. lecta. ff. si cert. pet. & in l. cum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. obligat. & in l. exceptione. C. de probatio. & tradit. Andr. Barb. in consil. 36. col. 4. num. 3. & 4. vol. 1. vbi inquit facere tex. in d.c. ad nostram, il 2. extra de iure iur. & illud, quod voluit Innoc. in c. cum olim, extra de censib. & Laurentius Calcan. in consil. 75. num. 40. & Ioan. Neuiza. in consil. 5. num. 24. & Aret. in l. age, in fine, C. de transactio. & Felin. in c. ex parte, il 2. col. penult. extra de offic. deleg. & Imola in c. licet causam, col. 6. extra de probatio. Imo animaduertendum est, quod si id non faceret, peccaret, ut habetur in c. fi. de confessis. lib. 6. & in clem. sape, in princ. in vers. valeat, de verb. signific.

C A P. XXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex ex suo officio contumacem ad præstandum iuratoriam cautionem de stando iuri & iudicio compellere.

Decimo limitatur, quia Iudex + ex merito suo officio contumacem ad præstandum iuratoriam cautionem de stando iudicio, & iudici parendo, compellere potest, & in pœnam suæ contumacia inductum est, ut est tex. in c. prout, extra de dolo & contumacia. & tradit August. Berous in c. 1. num. 61. in ultimis verbis, extra de iudicis.

C A P. XXXIV.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest in notoriis.

S V M M A R I A.

- Iudex in notoriis officium non petenti impartiri potest & debet.
- Subreptionem ex suo officio cum notorie constat, pro-

- priæ autoritatis & sine pars citatione declarare potest.
3. Index ex suo officio in notoriis supplere potest.
 4. Petere quis dicitur, quando colligitur ex libello vel ex ceptioribus.
 5. Index quando ius partis redactum est in acta, procedit etiam parte absente.
 6. Index in notoriis, que constant ex actis, supplet etiam per quidam conclusum est in causa.
 7. Index potest supplere in iis, quæ sibi constant, ut iudicium pro parte, ea etiam non petente ac etiam in iis, quæ facti sunt.
 8. Error à iudice, sicut pars non allegat, allegari potest.
 9. Index quod posse supplere, ut debet parte non petente procedit quando causa non requirit petitionem seu exceptionem pro forma.
 10. Notorii allegatio, quando fieri possit.
 11. Officium vbi est notorium, probatio necessaria non est.
 12. Ordinaria iurisdictio, quare presumatur.
 13. Notoriis in casibus index supplet defectum probatio in iis partis.
 14. Index in notoriis potest inquirere & supplere.

VNDECIMO limitatur praecedens conclusio in notoriis illis, quæ ex actis colliguntur. Nam potest Index & eius officio propriae autoritate officium suum non petenti impartiri, ut inquit August. Berous in consil. 145. num. 14. vol. 3. Exemplum autem & ponit in subreptione, de qua notorie constat: cum enim gratia subreptionis & declaratio ad superiore pertineat, propria auctoritate & nulla partis citatione praecedente declarare potest, ut voluit Abb. in c. peruenit, il primo. extra de appellatio. & Felin. in c. Rodulphus, col. antependi. extra de rescrip. & in c. 2. circa fin. col. 1. extra de sponsa. Præterea quod Index & in notoriis ex suo officio supplere possit, tradit etiam Decius in c. ex insinuacione, num. 8. extra de appell. Quod sane nomine etiam opponente locum habet, ut inquit etiam Butri. in cap. ex tenore, colum. 5. vers. nota loc. dictum, extra de rescrip. & in cap. cum dilectus, colum. 7. Hanc autem conclusionem Butri. in clementi. appellanti, de appellat. & Rota in 2. decis. eod. tit. in nouis, in additionibus, tunc veram esse & procedere arbitratur, nisi petitionem vel exceptionem pro forma exagit. Et ratio est, quia talis inhabilitas non ipso iure, sed parte volente inesse intelligitur: eo enim casu nisi petatur, Index supplet non solet, nec potest, ut notat Butri. in c. vnu. 5. colum. 3. vers. procedunt hec, quando factum non est notorium, extra de postulat prelat. & in d. c. cum dilectus, colum. 7. vers. pridie dicebatur, extra de consuero. Dicitur & autem pars petere, quando id ex libello, vel exceptionibus colligitur, ut voluit Bartol. in l. si adulterium cum incestu. §. idem Polioni, in fin. vers. viri possumus ff. de adulter. & sequitur Rota decisi. vii. in tit. de libell. oblatio. & in decisi. item si in libello, in nouis. Et ideo notandum est, ut eodem in loco inquit Decius: vbiunque ius & partis in acta redactum est, iudicem parte etiam absente utri super notorio procedere consueuisse. Hoc autem tunc verum esse dicit, cum absenti nullam defensionem competere constat, ut inquit Abb. in d. c. ex insinuacione, extra de appellat. & Decius in c. cum sit Romana; in fin. eod. tit. de appellat. & tradit Bal. in l. 1. num. 7. c. qui & aduersi quos. Et iterum Anton. à Butrio in tract. de notorio, in 4. artic. de effectu notorii, num. 6. Cynicali auctoritate inquit in illis notoriis, & quæ ex actis constant, iudicem etiam post conclusionem in cau-

sa supplere consueuisse. Item quod in notoriis possit index ex suo officio supplere, voluit etiam Sebastian. Sapia in l. ius dicentis, num. 58. ff. de iurisdict. omn. iudic. & Bal. in tract. statuto. in verbo, cicatrix, num. 2. & Hippol. Marfil. in l. vnic. num. 171. C. de raptu virgin. & Berous in c. veniens, num. 31. extra de accusat. & Abb. in c. porro, nu. 1. & 4. extra de diuort. & in c. Rainutius, n. 11. extra de testam. & Barbat. in consil. 7. n. 28. vol. 2. Et habetur in decis. Pedemon. i. n. 42. vbi firmatum fuit a Dd. illis consilii. Iudicem & in iis supplere pro parte ea etiam non petente posse & debete, quæ facti sunt, reputasi ex actis de errore & constet: Nam licet huiusmodi error à parte non allegetur, potest tamen iudex illin allegare per ea, quæ voluerunt Paul. Castren. & Aret. in d. l. age. C. de transact. & Bart. in l. vnic. C. ut quæ desunt adiuv. vbi etiam Bal. col. 2. & si vbi quæ plures causas enumerat, in quibus iudex ex suo officio supplet potest & debet. & in l. filius familiæ. §. veterani. col. 2. versic. in eadem gl. ibi. euennit. ff. de procurat. & sequuntur Alber. Bart. Ang. Castr. & Alex. ibi. & Innoc. in c. cum speciali. col. 2. extra de appell. & Felin. in c. cum ordinem, nu. 8. extra de rescrip. Et Alex. in consil. 186. num. 15. vol. 2. vbi declarat, quomodo intelligentium sit illud, quod dici solet, iudicem circa ea quæ notoria sunt, supplere posse. Hoc tamē quod iudex & parte non petente supplere possit, tunc ut supra dicebamus verum est, & procedit, cu[m] causa pro forma petitionem vel exceptionem non exigit: nam tunc parte non instanti, iudex etiam q[uod] velit supplere non potest, ut inquit Felin. in d. c. cum ordinem, n. 11. extra de rescrip. & est tex. in l. non quicquid ff. de iud. Præterea quod iudex in notoriis & supplere possit, tradit Mainerius in l. omnia que cunq[ue], num. 45 & 46. ff. de reg. iur. per tex. in l. 2. ff. de feriis, & in l. emptorem ff. de actionibus empti. Vnde Bal. in d. l. vnic. C. ut quæ desunt adiuv. insert ad statutum, quo cauetur super cicatrice intentiam definitiū ferri non posse, nisi cicatrix medicis adhibitis iudicis oculorum inspectione notoria sit & cuiuslibet alterius intentus notoria sit: attamen si forte medicus qui adhiberit possit non reperiatur, iudex condemnare poterit, si ex evidentiā facti permanentis notoria effecta sit, & late ibi prosequitur Mainerius multa addens.

Præterea hanc conclusionem sequitur Thom. Gram. in decis. 36. num. 40. & 41. & Vital. de Camba. in tract. clausula. in c. argumentum valeat contra contradicendum simulatum, num. 6. & Tiraquel. in tract. de prescriptio. §. 1. gl. 2. vers. Sed questionis est. Rursus Bal. in d. l. 1. num. 7. c. qui & aduersi quos in integ. refut. pet. a. inquit, quod vbi officium est notorium, & probatio necessaria non est. Et ideo si quispiam publice se protestare gesserit, vel vicario, & si de eius electione non appareat: pro ordinaria & tamen semper iurisdictione presumendum esse, ut rursus etiam tradit Bal. in l. ea quidem. C. de decimo. prout etiam si quispiam se gesserit pro Priore vel mercatorum Consule: & ita fuerit publice habitus & reputatus, ut haberetur in l. Barbatius. ff. de offic. prato. & facit etiam tex. in l. ciues & incola. C. de appell. Satis igitur est, notorium esse, quempiam se pro Potestate, Priore, vel Consule gessisse. Et ideo ea quæ suapte natura notoria sunt, nec aliter esse possunt, probatione non egere, certum est: Cöclusio igitur communiter recepta est, ut in notoriis iudex in defectu probatinis parti suppleat, ut notatur in l. 2. ff. de feriis. & tradit iterum Bal. in l. geos. C. de accus. Hanc cöclusionem sequit-

De Executionibus Tractatus. §. 3.

91

sequitur iterum Corne. in consil. 2. num. 6. vol. 2. per ea, quæ voluit Bart. in l. 1. §. parui. ff. quod vi, aut clam. 13 dum ait, quod si statutum exceptionem remoueat, & mandet exceptionem opponi non debere: officium tamen iudicis implorari poterit, argum. l. plane, & l. fin. ff. de petit. hered. & tradit Lapis in elem. 1. de sequestrat. posse. & fruct. Accedit etiam illud, quod dixit Socin. iun. in consil. 65. num. 40. vol. 1. dum vult, iudicem notoriam consuetudinem supplere posse & debere, ut voluit etiam Bald. in d. l. filius familiæ. §. veterani, vers. item potest supplere, ff. de procur. qui sane potest etiam ex suo proprio officio certior reddi, vbi opus sit: quia in iis, quæ allegantur & notoria sunt, Index potest sc. vt aiunt informare, iuxta ea quæ voluit Bald. in d. l. vñica. C. vt quæ desunt aduoc. & voluit Cynus in d. l. 2. col. 12. versic. secundo queritur. C. quæ sit longa consuet. & Alexand. in consil. 14. vi. iso pro-cessu, in princ. vol. 5. & Maranta in suo Speculo aureo, in 6. & vlt. parte, in 2. casu, num. 110. dum inquit, in iis 14 quæ Iudici exactis notorie liquent, Iudicem tamen inquiete posse, & supplere etiam parte non petente ut dixit Alexand. in d. l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. & Doctores in cap. significauerunt, extra de testibus, & notat Felin. in d. cap. ex tenore, col. fin. extra de rescript. & isti text. vbi tradit etiam gloss. in d. l. 2. §. fin. C. de tempor. appellat. & iterum voluit gloss. in d. §. veterani. Illud tamen hoc loco querendum est, an huiusmodi notoria saltē allegari debeant? Et Decius in d. cap. ex insinuatione, num. 8. extra de appellat. inquit, ut allegentur opus non esse, per ea quæ voluit Butr. in cle-ment. appellanti, de appellat. & sequitur Rota in 2. decls. eod. tit. in nouis, in additionibus. & idem voluerunt Ca-stren. & Aret. in d. l. age. C. de transact. Contrarium tamē tenet Tiraquel. in tract. de prescriptio. §. 1. gloss. 2. pag. 8. dum inquit, quod licet Index supplere possit in notoriis, illud tamen intelligendum esse, dummodo tale notorium allegetur, ut expresse voluit Anton. à Butr. in cap. bene, extra de postular. prælat. & in cap. exceptionem, extra de except. & Imola in l. 4. §. hoc autem ff. de damno infecto. Hæc autem notorii al-legatio etiam postquam in causa conclusum est, fieri potest, ut voluit idem Butrius in cap. peruenit, extra de empt. & vend. ut idem quoque ait de bona fide, & ibi post eum Imola & Alexand. in l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. par. iud. suppl. & Matthes. afficit. super constitut. Sicil. incipiente, iustitiaris, col. 4. versic. item querit. & Decius in cap. consuluit, num. 4. extra de appellat. inquiens prius factum constare oportere aliquod verum esse, propterea quod illud quod non est, notorium esse non potest.

C A P. XXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Index ex suo mero officio testem consanguineum, quando de consanguinitate appareat ex actis, reiice-re potest.

D

Vodecimo limitatur præcedens conclusio in teste consanguineo: Nam si aliqua pars te-stem suum consanguineum t̄ inducat, euīque consanguineum esse exactis appareat, Iudex ex suo mero officio, parte etiam non petente, cum reiice-re potest, ut inquit Anton. Butr. in cap. cum dilectus, col. 7. versic. pridie dicebatur, extra de consuet. & in d. cap.

bona, il 1. col. 3. versic. procedunt hac, quando factum non est notorium extra de postul. prælat. & Ang. in l. si unus §. pactic ne peteret, col. fin. in princ. ff. de pact. & tradit Ale-xand. in l. 1. col. 2. C. vt quæ desunt aduocat. & Roman. in consil. 227. in fin.

C A P. XXXVI.

Argumentum constat ex Sum-mario.

S V M M A R I V M.

1. Index ex mero suo officio contra testem infamem licet pars non opponat supplere potest, & quando id re-rum sit.

D

Ecimotertio limitatur in teste infame, præterea quod licet pars contra t̄ testem infame nihil opponat, Iudex tamen ipse ex suo mero officio supplere potest, ut inquit Bald. in l. quos prohibet, per illum text. ff. de postul. Et per ea quæ voluit lin-quent in cap. intimauit, extra de testibus. & facit non modicum illud, quod iterum notauit Bald. in l. si quis testi-bus, col. pen. C. de testib. & Bart. in d. l. 4. §. hoc autem in-dicium, in 3. quæst. in fin. ff. de dam. infect. & tradit Alex. in consil. 122. nu. 8. vol. 2. His statibus querunt Doct. Quidnam dicendum sit, si testis inhabilis omnino non sit, sed talis quod à parte comprobari possit, in eo casu iudex non obstante tacita, vel expressa approbatione, pro parte supplere possit? Et Ale-xand. in d. consil. 122. num. 8. vol. 2. inquit huiusmodi approbationem tacite vel expresse indicat vel factam à parte exigere, ut iudex aliquid supplere possit. Præterea quod testes inhabiles si producan-tur à parte, ob id Iudex ex officio suo eos parte etiam nō petente repellere possit, & teneatur, ut tra-dit etiam Ant. Corset. in notab. in verbo, testis. i. afferens opinionem Innocent. in d. cap. intimauit, communiter ab aliis receptam esse, licet aliter ibi senserint Ioan. de Li-gna. & Petr. Ancha. in cap. super, extra de testibus. Hanc præterea Innocent. opinionem sequitur etiam Ro-man. in repetit. Rubr. ff. de arbit. col. 9. & est gloss. in cap. quarendum, 2. quæst. 7. & Archid. in cap. testimonium, col. 6. extra de testibus, qui inquit esse aliam gloss. in l. 3. in princ. in gloss. quæ incipit, his omnibus. ff. de testi-bus, & est alia glossa in §. sancimus. in Authent. de teste. Quæ dicit, quod si homines villæ vel loci sunt infames, iudicem eos omnino etiam si partes conser-tirent, reiicare debere: & hoc ait innuere illum text. in versic. precipue. & refert etiam aliam gloss. li-cet clare & expresse id dicere non videatur. in l. age cum Geminiano. C. de transaction. & idem rursus voluit Alex- and. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, & Felin. in cap. si diligenti, colum. 8. extra de foro competenti. & Decius in l. 1. ff. de offici. assit. & in l. qui iurisdictioni, in fin. ff. de iurisdiction. omn. iudit. & Ias. in l. patresfuroso, colum. 4. ff. de hu qui sunt sui aut alieni turis, & in repetitione l. admonendi, colum. 7. ff. de iurisdiction. & Decius in cap. ex insinuatione, colum. fin. extra de appellation. & Doctores in l. etiam. C. de testibus. Contrarium vero o-pinionem aduersus ea quæ supra voluit Alexand. in dicto consil. 122. numero 8. volum. 2. tenuit Decius in l. omne, numero 5. ff. de offici. assit. intelligendo præcedentem conclusionem, quando testes sunt omnino inhabiles, & tales, ut non possint tacite, nec expresse cōsensu partis habiles reddi: alioquin

contrarium dicendum sit, ut inquit Butr. in d. c. cum dilectus, col. 3. & ibidem sequitur Imola, col. penult. extra de consuetud. & Alexand. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, col. 4. verit. item in quantum ff. de damno infecto. & Fe- lin. in d. cap. intimavit. Et subdit optime confirmari ex eo, quod notat Abbas in cap. fin. §. 1. in 2. notab. ex- tra de offic. delega. dum inquit formam partium con- sensu remitti posse, & ex eo quod iterum dixit Ab- bas post alios in cap. iurauit, extra de probat. de vitio con- sensu partium remissibili, de quo ibidem tradit Decius. Hanc etiam opinionem sequitur Alberic. in l. quos prohibet, num. 3. ff. de postulan. vbi de testibus damnabili- bus & criminosis loquitur. Et licet ibidem, Alberic. vi- deatur præcedente Decii conclusionem appro- bare, dum inquit in illis testibus non procedere, qui possunt expresse vel tacite approbari: Attamen subdit declarando, quod licet quilibet fauori suo renunciare possit. l. si quis in conscribendo. C. de pac. & partium consensu multa relaxentur. l. 1. ff. de feris. & l. fin. §. fin. C. de temp. appellat. attamen prædictis non obstantibus respondet & soluit, vt inquit glos. in d. §. Quod licet regulariter verum sit, quemlibet iuri- suo renunciare posse: in ea tamen l. quos prohibet ff. de postulan. & similibus speciale esse, ut ibi notat glos. Vel sequutus opinionem Iacobi de Arena inquit illam l. quos prohibet, nō dicere aduersariū, qui consentit posse eum expellere: & ideo quo ad eum renunciationem fortasse subsistere: Iudicem ta- men ob sui officii dedecus repellere posse, vt habe- tur in l. 1. in princip. ff. de postulan. Et si queratur, quo- modo in facto sibi vt iudici incognito supplere posset: l. 1. C. vt qua desunt aduoc. & d. l. illicitas. §. veri- tas. ff. de offic. præsid. Respondet sibi vt Iudici notum fuisse; quia erat fortasse mulier, vel minor, vt ex corporis aspectu apparebat, vel etat notorium eu- militem fuisse: vel quia aduersarius probauerat, licet deinde vellet a sua probatione recedere & eum admittere. Præterea hanc conclusionem firmat Franc. Curt. in tract. de testibus, in 23. conclus. & idem voluisse Nicol. de Neapoli, in l. 1. §. si præsens. ff. de magistr. conuen. Vnde inquit firmandam esse conclusionem testes minus legitimos & turpes iudicem repellere posse & debere, prout voluit etiam Hippoly. Mar- fil. in l. si quis nec quastio, ff. de quest. & Paul. Caftrensi. in l. in area, num. 4. C. de inoffic. testim. & Abb. in cap. cum l. & A. num. 21. extra de reiudic. & AEgid. Bosi. in titu- lo de publica process. & testi. num. 12. & in tit. de opposit. contra testes, num. 64. Et ideo dixit Matthes. Afflict. super 3. libro feudo. in rubr. Qui testes sint necessar. ad pro- ban. inuesti num. 18. Iudicem ex suo officio testem ex- communicatum repellere posse per ea, que notat Speculat. in tit. de teste, in §. 1. versic. sed nunquid excom- municatus. Patet igitur ex prædictis, eam conclusio- nem frequentioribus calculis receptam esse, vt Iu- dici etiam quando sunt tales testes, quorum defe- ctus consensu & voluntate partium tolli potest, li- ceat si ei libuerit, ex suo mero officio parte etiam non opponente, immo consentiente supplere: Et- si conclusio Decii & aliorum sequacium satis æ- quitati & rationi conuenire videatur, vt distingué- dum sit, an sint testes infames & valde inhabiles: quo casu dixit Alberic. in d. l. quos prohibet. ob dede- cuss & ignominiam sui officii & dignitatis, quam sustinet eos repellere posse & debere, satis conve- niens & probabile esse videatur. At si fuerit aliqua leuis fortasse inhabilitas, utputa, vt dicitur in præ-

cedenti limitatione, quod testis esset consanguineus & partes consentiant: attamen quomodo- cunque sit, satis est hanc opinionem ut eos testes reiicere possit, magis communem esse.

C A P. XXXVII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non roga- tus impartiri potest, in perquirenda testium habilitate.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex ex officio suo potest inhabilitatem testium, quando eorum odio & culpa prouenit, perquirere, etiam parte non petente, & quando.
- 2 Iudex ex suo officio potest inhabilitatem testium in- quirere, si sint omnino inhabiles, etiam parte id non petente, alias quid iuriis?
- 3 Inabilitas testium potest à iudice ex suo officio parte etiam non petente perquiri, quando prouenit ex eo quod sit inimicus alterius partis, vel consanguini- tatis, vel amicitiae.
- 4 Testes quandoq; repelluntur non ipsorum odio, sed fauore eius, contra quem producuntur.

D Ecimoquarto limitatur prædicta conclusio in perquisitione testium inhabilitatis; pro- pterea quod in eo casu Iudex † ex suo mero officio, testium inhabilitatem perquirere potest, si talis in- habilitas odio testium, qui ob aliquam qualitatem inhabiles præsumantur, utputa quia sunt infames, haeretici, vel Iudæi, vt habetur in decis. Pedemont. 22. num. 18. per ea quæ voluit Alexand. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, col penult. num. 20. post Bart. ibidem & hoc, vt fides testium fragilior reddatur, vt voluit Imola in d. cap. intimavit, & in cap. inquisitionibus, ex- tra de accusat. & Bald. in d. l. quos prohibet ff. de postulan. vbi inquit, ad propositam conclusionem face- re text. in cap. testes. §. item testium, cum glos. 4. quest. 3. Verum in hac conclusione, qua tantummodo in eo differt à præcedenti, quod hic solum tractetur de Iudicis perquisitione inhabilitatis, in præcedenti vero de testium expulsione, eadem dubitatio ori- tur, quæ in præcedenti limitatione excitata fuit, vi- delicet an testis † sit omnino inhabilis? utputa quia 2 sit infamis, vel Iudæus, vel haereticus, & sic de sin- gulis, vt est text. in d. l. quos prohibet. At secus si omni- no inhabilis non sit: utputa vt supra diximus, si sit talis, vt tacito vel expresso partium consensu habi- lis reddi potuerit: vt est exempli gratia proxeneta, vt habetur in §. quoniam vero possumus, in Authen. de te- stib. & notatur in c. 1. & fin. de testib. lib. 6. & prout su- pra dicebamus, ex quo proxeneta non videntur ta- les qui eorum odio dicantur inhabiles, sed quadam potius iuris præsumptione: & ideo volebant, vt si pars non opponat, Iudex ex suo officio inquirere non possit, an sit ille testis, qui producitur prox- eneta, nec ne, & ob id fides ei adhibenda non sit, vel saltē minor, vt declarat Butr. & supra retulimus in d. c. cum dilect. extra de consuetud. vt etiam tradit Alex. in locis supra relat. per ea qua dicit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste. §. 1. vers. excipit. Item si sit do- mesticus: an pariter Iudex ex suo officio de huiusmo- di familiaritate, etiam parte de ea nihil inquirente inqui-

inquirere & perscrutari possit. & clarus de hoc loquitur Ioan. And. ibi in vers. quid si olim fuit, §. sepe, in princ. ead. tit. Idem etiam per prædicta dicendum est de teste & inimico ei, contra quem producitur, vel ratione familiaritatis, vt diximus consanguinitatis, & quibus cum producente coniunctus est: & idem dicunt in iis, qui non proprio odio, sed sauro eius, contra quem producuntur: & ita intelligit text. in cap. presentium, extra de testibus. & ita etiam dicit Imola in d. cap. cum dilecti, afferens ita firmandum esse, et si Butri, ibidem primo ingressu velle videatur testem, qui ratione consanguinitatis repellitur a Iudice ex suo mero officio repellendi posse. Verum eius verbis diligentius ac maturius consideratis, contrarium eum verius & probabilius existimasse, manifeste apparet, prout etiam colligitur ex iis, quæ notat Bald. in l. si quis testibus, col. penult. C. de testibus. Et licet de hac conclusione varie loquantur Doctores, vt supra diximus; imagis tamen conclusio est, vt etiam parte non opponente Iudex ex suo mero officio de testium productorum inhabilitate perquirere possit. Hanc præterea conclusionem sequitur Ioan. Crotus in tract. de testibus, in 3. parte, num. 41. & Cardin. Alben. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 14. ff. de damno infecto, eandem sequitur Lancell. in sua pract. in lib. 1. cap. 9. de prætore. §. 2. de offic. prætor. in ciuilibus causis, num. 14. & num. 37. versic. sed Iudex ex officio. & in Rubric. de testibus, num. 14. Vbi expresse inquit, posse etiam Iudicem inuestigare ex suo mero officio testium conditionem, & eius secreto veram & perfectam cognitionem habere nulla partis citatione præcedente, vt inquit etiam Ioannes Baptista Plotus in l. si quando, num. 623. C. vnde vi. & Socin. senior in consil. 155. num. 3. vol. 2. & Marant. in suo Speculo aureo, in vlt. part. quest. 4. princ. num. 156.

C A P. XXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iudex non obstante testium publicatione etiam non requisitus ex suo officio iterum audire & examinare potest.

Decimoquinto limitatur in eo, quod dicitur, quod post didicita testificata testes produci & examinari non possunt: Quia Iudex & non obstante testium publicatione ex officio iterum audire & examinare potest, vt inquit Bertran. in consil. 229. num. 2. vol. 1. per ea qua habentur in cap. cum clamor, & quod ibi notant Doctores, extra de testibus. Ratio autem est, quia Iudicis subornatio non timetur, nec præsumitur. Et ideo licet ad petitionem partis id facere non possit, nec debeat: ex suo tamen officio testes interrogare, si velit, & ut quoridie & præser-tim in locis controveneriarum fieri solet examinare, cap. iudicantem, 30. quest. 1. & l. vbiunque ff. de interrogat. action. Et id non solum in processu, in quo procedit ex suo officio, locum habet: sed in eo etiam, qui inter partes sit, vt inquit glos. in cap. pertuas, & in d. cap. cum clamor, extra de testibus, & in cap. in præsentia extra de probation. & tradit Hippolyt. Marfil. in consil. 127. num. 34. dum inquit, iudicem notios testes posse admittere, & debere publicatione non obstante: id quod voluit etiam Barbat. in consil. 9. num. 2. addens in causa, vbi exuberat officium iudic-

cis, vt est in causa beneficii, vel vbi de animarum periculo tractatur, Iudicem ex suo officio testes etiam producere posse, postquam in causa conclusum est, vt voluit Cardin. in cap. ad petitionem, extra de appellat. subdens ita in facto obtinuisse, & præsertim in causa vñtrarum, cum iam in causa conclusum esset. Nam Iudex ea non obstante testes recipere potest, vt habetur in cap. cum Ioannes Eremita, extra de fide instrum. & iterum Barbat. in consil. 30. num. 6. vol. 1. Et ratio est, vt ipse inquit, quia quo ad partes tantum in causa conclusum esse intelligitur, non quo ad iudicem: Et ideo Innocent. in d. c. cum Ioannes Eremita, extra de fide instrum. in sua additione inquit, hoc plurimum conferre ad declarationem eorum quæ actitata sunt: Secus vero in aliis, licet ad causam illam, quæ ageretur, facere viderentur. Hanc igitur opinionem, vt refert Barbat, sequitur ibidem Innocent. argum. l. qui filium. §. Sabini. ff. ad Trebell. & eandem opinionem sequitur Butri, ibidem: & est, vt inquit Imola, magis æqua opinio, vt veritas facilius eliciatur: Nam iudex pro viribus ad in-dagandam veritatem vigilare debet; l. n. apud quem: C. de eden. & facit text. in l. i. in versic. veritatem colimus. C. de edilit. liber tollen. & Neui. in consil. 5. num. 27.

C A P. XXXIX.

A R G U M E N T U M.

Officium suum Iudex non roga-tus impetriri potest in repetendo te-stes post publicationem & habitas copias:

S V M M A R I A.

- 1 Iudex post publicatas attestaciones & didicita testifi-cata ex officio suo testem, vt aliquid addat vel depo-nat, compellere potest.
- 2 Iudex post didicita testificata & publicatas attestaciones potest testes non recte examinatos iterum ex-aminare, vel repetere.
- 3 Testis postquam depositus sponte iterum redire potest, & deponere antequam cum parte loquatur.
- 4 Testis vbiunque ad instantiam partis, vel ritore re-dit, ex iudicis officio debet iterum iurare.

Decimosexto limitatur ex eo, quod Iudex & ex merio suo officio post publicatas attestaciones & didicita testificata, testes vt aliquid addat, vel aliquid aliud deponant, compellere potest, vt in-quit Lanfran. ab Oriano in tract. de testibus. num. 37. & tradit Lancell. in sua pract. lib. 1. cap. 9. de prætore. §. 2. de offic. prætor. in causa ciuil. & maxime vt declarat dictum suum, & specul. in tit. de test. §. 1. vers. item quod testis ob-scure, & iterum Lancell. in eod. §. in Rubr. de interrog. nu. 6. & est communis conclusio, secundum Tindar. in tract. de testibus, lib. 1. c. 4. num. 6. Verum Alexand. in consil. 228. num. 6. & 8. vol. 6. vult, vt etiam ad instantiam partis locum habeat. Ad instantiam autem partis id non licet præterquam in eo, quod sui dicti cau-sam reddant, vt est glos. notabilis & singularis in §. quia vero, in Auth. de testibus. Immo, dixit Alberic. in l. solum, C. de testibus. Iudicem ex suo officio etiam post publicatas attestaciones posse & testes non rite & recte examinatos iterum repetere, vel examinare, vt habetur in d. c. cum clamor, extra de testibus. & ibidem tradit Felin. & voluit Aret. in l. 2. ff. de duobus rebus. Illud præterea

3 præterea hoc loco omittendum non est, † testem postquam depositus, iterum sponte & incontinenti, antequam cum parte loquatur, redire & iterum deponere posse, vt inquit Ang. in d. §. quia vero. Vbi-
4 cunque autem testes redeunt † ad instantiam partis vel sponte arbitrio iudicis debent iterum iuramentum interponere: Nam primum iam præstatum satis non est, vt inquit Innocent. in c. fraternitatis, extra de testibus. & Alex. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 29. ff. de dam. infect. Hæc tamen vera sunt in eadem instantia.

C A P. XL.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impertiri potest in examinando testes in causa matrimoniali.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex in causa matrimonii ex suo officio, & absque partium requisitione, testes examinare potest.
- 2 Iudex vbi tractatur de periculo animæ, debet cuncta rimari, & non potest reum actore etiam non probante absoluere.
- 3 Sententia in causa matrimonii nunquam transit in rem iudicatam.
- 4 Iudex in causa matrimoniali, etiam quod pars renunciarerit, & iurauerit amplius non producere testes: illa renunciatione & iuramento non obstante, ex suo officio nouos testes recipere potest.
- 5 Cautela, vt testes iterum examinari possint.

Decimo-septimo limitatur in causa matrimoniali: in ea enim Iudex † ex proprio officio absque partium requisitione testes examinare potest, vt habetur in d. cap. cum clamor, extra de testibus. & ratio est, vt infra latius suo loco dicetur: Quia † vbi de animæ præjudicio aut periculo tractatur, Iudex cuncta diligenter rimari tenetur, reumque contra vulgatam regulam l. qui accusare, C. de eden. & l. actor. C. de probat. actore non probante absoluere non debet, vt est text. in cap. sicut ex literis, in fin. extra de sponsal. & in cap. inter dilectos, extra de fide instrum. & notatur in cap. attestaciones eod. tit. & notat Ioh. And. quem sequuntur omnes, in cap. i. extra de consanguin. & affinit. 3 Nec sane id mirum † esse debet: Nam si in causis matrimonialibus sententia contra matrimonium lata, nunquam transit in rem iudicatam, quin alii testibus, aliisve probationibus retractari possit, vt habetur in d. c. tenor, & in d. c. lator, & in c. consanguinei, extra de re iud. Multo quidem magis vt alii testes produci, aliave capita iudici exhiberi ad matrimonii probationem tendentia, publicatis testibus. Sed nondum lata sententia dicendum est. Nam si de quo minus videtur inesse & inest, ergo de quo magis. in auth. multo magis, C. de sacro. eccl. & in l. quanto magis, extra de elect. Et quod plus est, inquit Alber. in l. qui semel, num. 7. C. de valid. & effic. scrip. priuat. in his 4 enim causis † matrimonialibus, positio etiam, quod quis renunciarerit & iurauerit testes amplius non producere: ea tamen renunciatione & iuramento non obstante ex officio suo alios testes recipere potest. c. cum inhibito, extra de clandest. sponsat. & c. sic ut, in fin. extra de sponsal. & c. consultationi, eod. tit. & c.

quemadmodum. §. fin. extra de iure iur. & voluit Hoffien. in summa, in §. 1. vers. vtrum aliquod impedimentum, de clandest. sponsa. Præterea idem tenet Crotus in tract. de testib. in 4. parte. nu. 265, scilicet vt Iudex ex officio suo testes post testium publicationem examinare possit, vt inquit Bald. in l. ampliorem, C. de appellat. Et ad hoc inquit cautelam esse, vt † qui vult produce re testes, dicta testium Iudici offerat in scriptis secretoque curet, vt illos Iudex examinet ex suo officio: Timor namq; subornationis quo ad iudicem cessare videtur. l. 2. de offic. ciuili. iud. tum etiam quia iudex id facere videtur, vt ei veritas magis apparet, cum vt diximus Iudicem cuncta perscrutari oporteat. d. c. iudicantem, 30. quest. 5. & l. iudices. C. de iudic. & generaliter loquitur.

C A P. XLI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex vt magis sciens & informatus sit, testes super fama publica & notorio ex suo officio examinare potest.

Decimo-octavo limitatur, quando Iudex vult ad suam maiorem informationem seu intelligentiam testes super fama † publica vel notorio examinare, tunc enim ex suo mero officio examinare potest, vt inquit Innocent. in cap. cum in tua, extra de sponsal. & in cap. bona, extra de election. & Bald. in l. qui testamento. §. per contrarium. ff. de testament. & Augustinus Berous in cap. quoniam contra, num. 104. extra de probat. & Ripa in d. l. 4. §. hoc autem iudic. num. 65. ff. de damno infecto.

C A P. XLII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum non rogatus impertiri potest Iudex in examinando testes, et si inter partes conuenerit vt instrumentis tantum probatio fiat.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex ex officio etiam parte non petente, non obstante iuramento vel conuentione de non probando, nisi instrumentis, testes recipere potest.
- 2 Pactum, lex & consuetudo valent, quibus disponitur vt solum instrumentis quid probari possit.
- 3 Instrumentorum probatio vbi requiritur, testium probatio non excluditur.

Decimonono limitatur † in iuramento & conuentione de non probando, nisi instrumentis: Nam in his casibus Iudex ex suo officio parte etiam non petente testes recipere potest, & debet, licet quis instrumenta quibus intentionem suam probare possit, non habeat, sed solum testes, vt voluit Speculat. in tit. de probation. §. nunc dicendum, versic. quid si debitor. & notat glos. magna in d. cap. bona, 2. extra de postulat. prelat. & facit text. in cap. cum Iohannes, extra de fide instrument. & cap. 2. de iuram. calum. in 6. & in l. 1. C. vt qua desunt aduocat. & tradit Augustinus Berous in cap. sicut, num. 18. extra de probation. & voluit Roman. in singul. 203. dubium est, & Imola in d.

De Executionibus Tractatus. §. 3. 95

in d. cap. sicut, versic. quod bene nota in tract. vbi etiam
2 Abbas in eod cap. sicut, dum inquit, pactum, + legem
ac consuetudinem subsistere quibus disponitur so-
lum instrumentis probari posse, non autem testi-
bus ex qualibet causa. Et deinde subdit quod vbi
3 requiritur + instrumentorum probatio, testium
prorsus non excluditur, sed in arbitrio Iudicis po-
situm est, pro ipsorum testium productorum qua-
litate an admittat nec ne, id tunc intelligendum
esse inquit Berous, cum ex officio & arbitrio suo,
non autem ad partis instantiam Iudex testes admit-
mittit, prout etiam inquit sentire Butrium in d. cap. sie-
ut post Vbertum de Bobio, & tradit late Natta in consil.
140. num. 6. & 7. vol. 1.

C A P. XLIII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

1 Iudex ex mero suo officio potest in causa criminali de
facto inquirere, & testes recipere, etiam post proces-
sum publicatum, & quando.

1 **V**igesimo limitatur in causa criminali, + quia
tunc Iudex ex mero suo officio de facto inqui-
rere potest, & testes etiam post publicatum pro-
cessum recipere, vt notat Innocent. in d. cap. cum clau-
mor, extra de testibus, & Archid. in cap. placuit, 4. quæst.
3. Verum in hac conclusione animaduertendum
est, quod si accusatus post publicationem proces-
sus est, Iudex id facere non posset: Subdit tamen
Nellus in tract. de testibus, in versic. debet Iudex, num.
49. dubium esse, an Iudex maleficiorum ante pu-
blicationem ad coadiuvandum accusatorem testes
recipere possit? Et dicit Bart. postle, in questione inci-
piete, Iudex maleficiorum, & iterum idem inquit, voluise
Bart. in l. presbyteri. C. de episcop. & cleric. & facere ait
illud, quod notat glos. in l. testum. ff. de testibus, & Ma-
ravit. in Speculo aureo, in 6. & vlt. parte, princ. in 2. casu
princ. num. 151. vbi inquit testes supplere posse: & supra
etiam latius tractauimus.

C A P. XLIV.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non roga-
tus impartiri potest, pro interrogan-
do post conclusionem causæ.

S U M M A R I A.

1 Iudex ex officio post conclusum in causa interrogare
potest, in summi autem etiam ad instantiam
partis.
2 Sententia contra matrimonium non transit in rem
iudicatam.

1 **V**igesimoprimo limitatur, quia Iudex + ex offi-
cio post conclusum in causa interrogare po-
test, in summi autem non solum ex suo officio, sed
etiam ad partis instantiam, vt est text. in l. vbiunque.
ff. de interrogat. action. & voluit glos. in clement. sepe. §.
& quia, in versic. interrogabit, de verborum signific. & in
cap. quoniam contra, in verbo, interrogaciones, extra de
probation. Id quod non solum procedit, vt dubia
probatio declaretur, sed vt noua quoque induca-
tur, vt voluit Alexand. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium.
num. 14. & 18. ff. de damno infecto, & Felin. in cap. cum

Ioannes, colum. 5. extra de fide instrument. & tradit Natta
in consil. 206. num. 1. vol. 1. Et Alberic. in d. l. vbiunque,
num. 1. inquit, quod vbiunque æquitas sua-
det, Iudex interrogare potest. & facit text. in l. Iudi-
ces, C. de iudic. & in cap. iudicantem, 30. quæst. vlt. vbi
tradit glos. Nam veritas sepius examinata splendescit,
cap. graue, 35. quæst. 8. & latius ibi tradit Alberic. & tra-
dit Abbas in cap. in presentia, num. 35. extra de proba-
tion. Præterea hanc conclusionem sequitur Bart. in l. ac-
cisoribus, num. 17. in fin. C. de accusat. & inscription.
per text. in d. cap. cum Ioannes, & Iacob. Leonissa in consil.
53. num. 1. in l. volum. consil. crimin. diuersor. ratione de
qua supra. Id autem ex suo officio tantum, in qua-
enque causa procedere arbitratur: Secus vero ad
partis instantiam, præterquam in causa matrimoniali,
propterea quod in causa matrimonii multa
sunt specialia, vt inquit glossa in versic. nota quod, in
cap. 1. extra vt lite non contestat. in qua inter alia il-
lud est speciale, quod sententia + contra matrimo-
nium in rem iudicatam non transit, vt habeatur in d.
cap. lator. & in cap. consanguinei, extra de sentent. &
re iudic. & idem iterum voluit Iacob. Leonissa in consil.
47. num. 1. & 2. in eodem volum. 1. consil. matrim. diuers.
& Niconitius in cap. quoniam contra falsam. in gloss. 1.
num. 109. extra de probation. & vt supra diximus, non
solum ad declarandam dubiam probationem per
ea, quæ supra deduximus: sed ad probandam quo-
que intentionem aduersarii, per regul. l. generaliter.
§. 1. C. de rebus credit. & in d. l. vbiunque. vi voluit eriam
Imolain cap. 1. extra de iudic. & in cap. cum causam, ex-
tra de iurament. calum. & tradit Barbat. in l. 1. §. si stipu-
lanti, colum. 7. ff. de verborum obligationib. & iterum in
l. 4. §. Cato, colum. 4. in fin. ff. eodem tit. & Bald. in l. pen-
hanc. C. de tempor. appellat. & in l. 2. §. quod obseruari,
colum. 6. C. de iurament. calum. & Imolain d. l. 4. §. hoc
autem iudicium. ff. de dam. infect. & iterum voluit Bal.
in tract. super statut. in verbo conclusio, num. 2. Et Lan-
franc. ab Orian. in tract. de probation. num. 29. dum
inquit, quod licet Iudex ex suo officio partem in-
terrogare possit, partem tamen aduersari etiam
coram iudice interrogare non posse: Nam calumi-
niari posset, vt vtar verbis Ioannis Andreæ in d. cap.
quoniam contra, extra de probation. quem sequitur Butr.
ibilicet glos. dicat contrarium, & tradit Angel. in consil.
296. num. 4. Ampliatur hæc conclusio, vt iudex
ex suo officio non solum testes interrogare possit
post conclusum in causa, vt supra diximus: sed etiam
partes ipsas in quacunque parte iudicii, vt inquit
Lanfrancus ab Orian. in l. admonendi, num. 94. ff. de
iure iurandi.

C A P. XLV.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non roga-
tus impartiri potest in repetendo te-
stes post conclusionem causæ.

S U M M A R I A.

- 1 Iudex post conclusum in causa testes repeterere potest,
ac etiam cum eis aliis reproduci.
- 2 Iudex ex suo officio curare potest, vt testes iterum pro-
ducantur, vt dicta sua declararent.

1 **V**igesimosecundo limitatur, + quia Iudex ex suo
mero officio postquam conclusum est in causa,
testes

testes repetere potest, ut inquit Aug. Berous in consil. 100. num. 13. & 15. 18. & 20. vol. 3. & Alexand. in consil. 22. num. 6. vol. 1. & in consil. 147. num. 19. vol. 2. & in consil. 76. num. 2. vol. 6. & in consil. 45. num. 38. vol. 4. & Abb. in c. cum clamor, num. 1. extra de testib. Potest præterea etiam & alios testes recipere, per tex. in d. c. iudicantem, 30. q. 1. & glos. tradit quam sequuntur Doct. in d. c. in præsentia, extra de probat. & Innoc. in c. super eas, & in d. c. cum clamor, extra de testib. dum vult alios etiam testes, cum iam productis & examinatis iterum produci & repeti ad corroborandum positiones iam factas, easq; declarandum posse. Idem quoque tenet Innoc. in c. cum dilecti, extra de accusat. & Archi. in d. c. fin. 35. q. 9. Vbi Iudex ex suo officio quandoeunque & quotiescumq; voluerit curare potest † vt testes iterum producantur ad hoc, ut eorum dicta declarent veritasq; magis elucescat, & idem voluit Ang. in consil. 296. visis attestationib. in fin. & glos. in d. §. quia vero, in Auth. de testib. & in c. cum tu, extra cod. tir. etiam quod in causa conclusum sit. Ratio autem huius decisionis ea esse videtur, quod Iudici nūquam quatenus pertinet ad suum officium in causa concludatur, ut supra diximus, sed eius officium semper vigeat & eo ad libitum vti possit vsq; ad sententiam inclusiue. l. Iudex postquam ff. dere iudic. & c. cum Joan. Eremita, extra de fide instr. Id quod procedit etiam parte non citata, ut inquit Romi. in consil. 482. in casu præmisso, num. 8. & Hip. Marf. in l. de vno quoq;, nu. 76. ff. aere iud. & quod plus est, parte etiam ignorante id fieri posse, voluit Alex. in consil. 130. difficultas, col. 3. vol. 1. & tradit Fred. Senens. in consil. 262. & Card. Albens. in auth. qui semel, nu. 9. C. de probat. & Iacob. Leonissa in consil. 53. nu. 1. in 1. vol. consil. matrim. diuers. vbi dicit esse de hoc text. expressum in d. c. cum Joan. Eremita, circa fin. extra de fide instr. & Berous in c. solite, num. 5. extra de reſtit. spolia. Item quando Iudex possit testes examinare & interrogare, tradit Iacob. de Nigr. in l. oratione, nn. 4. & 6. ff. de offic. asseſſ. in 1. part. repetit. fol. 243. illud tamen in hac re animaduertendum est, quod licet Iudex testes iam receptos ex officio repetere possit: & partes quandocunq; etiam post publicationem interrogare, ut supra visum & satis concludenter probatum est. Id tamē quo ad probationes iam deductas intelligendum est, alias autem & recentiores probationes recipere, aut nouos testes non debet, & præsertim elapsis omnibus terminis & parte non citata. In his enim casibus si id facere posset, se partem faceret, contrateſt. in cap. forus, extra de verbos sign. & parti defensionem auferret, contra ea qua habentur in clement. pastoralis. §. ceterum. de re iud. Quæ sane defensio est de iure naturali, ut inquit ibidem text. & Lanfranc. ab Oriano in d. l. admonendi, num. 94. ff. de iure iur. dum prædicta procedere arbitratur, super declaratione in causa productorum. Si autem velit Iudex super alio iure nouo & in causa non producto interrogare, id facere non potest, licet aliud voluerit Anton. de Butr. in d. c. i. extra de iudic.

C A P. XLVI.
A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus potest impartiri, ut testes in accusatione nō productos ipse examinet.

S U M M A R I A.

1. Index ex suo officio super accusatione potest testes à parte non productos examinare.
2. Testes vt. examinare possit exclusis à facultate probandi cautela.
3. Testes pro absente recipere potest index ex suo officio, sed non contra, & quando id sit verum.
4. Testes pro reo in criminalibus recipere potest index ex suo officio.
5. Reus tacite vel expresse suis defensionibus renunciare non potest.
6. Index pro accusatore, quando & quare testes recipere non possit.
7. Testes tam pro actore quam pro reo index ex suo officio recipere potest, si vt ergo sit absens.

Vigesimotertio limitatur, † quia Iudex super accusatione testes à parte non productos examinare & inducere potest, ut inquit Bar. in l. is apud quem, ff. de eden. & tradit ibid. Dec. nu. 42. & etiam Bar. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. infect. vbi etiam prosequitur Alex. col. pen. & rursum idem Alex. in consil. 77. in causa accusationis, col. 2. vol. 1. & in consil. 62. in causa, col. 2. vol. 3. & Aret. in consil. 146. visa consultatione, col. 3. & Joan. de Anania in consil. 59. visa inquisitione. Hec autem conclusio Bart. vt inquit ibid. Decius, intelligitur in fauorem rei, ut scilicet de eius innocentia apparere, vt notat Franc. Tigri. in l. qui accusare. C. de eden. & refert Alex. in d. §. hoc autem iudicium, col. fin. in quo causa testes domestici ad probandā innocentiam recipiuntur, vt notat Spec. in tit. de inquisit. §. 1. ver. sed nunquid. & Joan. de Anania in d. consil. 59. visa inquisitione, & Alex. in consil. 24. animaduersis, col. pen. vol. 2. & tradit etiam Saly. in l. abolitio, nu. 3. C. de abolit. At Ripa in d. l. is, apud quem, nu. 25. restringendo prædictam conclusionem inquit, quo ad absentes tantum procedere, scilicet vero ad præsentes, per tex. in auth. qui semel. ibi. perquisita veritate. C. quom. & quando iudex. & in l. ampliorem. C. de appell. ibi, eius partes adimplere debent. Et ideo subdit ibid. Ripa magis communem opinionem esse, vt pro absentibus non solum in criminalibus, sed etiā in ciuilibus locum habeat. Unde etiam inferri inquit notabilem † cautelam, vt ille qui à facultate probandi exclusus est, exclusione illa non obstante adhuc probare possit: Cautela autem illa est, vt testium nomina & cognomina clam exhibeat, & deinde ab eo loco recedat. Eo namque causa poterit Iudex † eos ex suo officio recipere, vt inquit Bald. in d. l. ampliorem. C. de appell. Intelligit etiam, vt possit pro absente testes recipere ex suo officio, non autem econtra, l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic. & tradit Bar. in l. ad peremptorium ff. de iudic. Intelligendum præterea id quoq; est, si causa in tali sit statu, vt ad definitiū sententiam perueniri possit: vtputa quod lis sit contestata, alioquin hæc conclusio non procedat, vt inquit Alex. in consil. 189. visis subtilissimis, vol. 2. Præterea vt in criminalibus iudex † ex officio testes pro reo recipere possit. 4 in l. si non defendantur ff. de penis. Reus namq; nec tacite nec expresse suis defensionibus renuntiare potest, † vt voluit gl. quam sequuntur Bart. & alii in l. patrum inter heredit. ff. de pact. Pro accusatore † non potest, cum tunc reus nomine suum aboleri petere possit. l. libellorum, §. fin. ff. de accus. Id autem verum est nisi iudex accusatore colludere suspicetur, c. 1. & 2. extra de collus. detegen. & l. 2. C. de abolit. Et ita etiam inquit intelligendum esse illud, quod determinat Bar. in ex-

De Executionibus, Tractatus. §. 3. 97

in extrauag. ad reprimendum, in verbo, neglexit. Quid autem si vterq; absens sit, Bal. in l. 3. §. si iudicium ff. de condic. ob turp. caus. respondet † Iudicem posse pro vtroq; ex officio testes recipere. & idem voluit Bald. in c. consuluit, extra de offic. deleg. At Card. Alben. in d. l. qui accusare, num. 4. C. de eden. contra prædicta inquit, nonnullos ex ea l. inferre, Iudicem ex officio testes non productos examinare non posse, cum actorem probare necesse sit. Videtur reo satis prædelle, si actoris probatio dubia reddatur huiusmodi probatione à iudice ex officio facta, ut inquit Roman. in consil. 156. num. 2. videoas de hoc Felin. in c. 1. col. 5. extra de except. & Abb. in c. 1. col. 2. extra de eccles. benefic. & in c. 2. col. 3. extra de rescript.

C A P. XLVII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus interponere potest, vt in defensionem rei testes examinet in criminalibus etiā contra eius confessionē.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex ex officio etiam contra veram & spontaneam rei confessionem testes ad eius defensionem in causa criminali recipere potest.
- 2 Innocentie causam alicuius rei allegans, à iudice repellendus non est.
- 3 Procurator in causa criminali admitti non potest.

*V*igesimoquarto limitatur, quia Iudex † ex suo officio etiam contra veram & spontaneam rei confessionem testes ad rei defensionem in causa criminali reciperē potest, ut inquit Hippol. Marsil. in consil. 39. nu. 28. per ea, quæ subdit voluisse Franc. Aret. in consil. 147. vīsa consultatione. & dicit esse casum in l. 1. §. si quis vltimo. vbi voluit etiam Bart. ff. de question. & clarissim in d. l. 4. §. hoc autē iudicium. ff. de dam. infect. & subdit voluisse etiam prædictum Franc. in eod. consil. ut † si quispiā causam innocentiae alicuius rei alleget, à Iudice repelli non debeat, licet procurator † in causa criminali admitti non possit, ut est tex. in l. sernum quoq; § publice ff. de procur. & ibidem latius prosequitur Marsil. & rursus idem voluit Hippol. Marsil. in consil. 43. num. 35. & in consil. 49. num. 41. & in consil. 60. nu. 22. & in consil. 73. num. 37. vol. & in 95. num. 29. vol. 2. & tradit Marant in suo Speculo aureo, in 6. & vlt. part. princ. in 2. casu princ. num. 150.

C A P. XLVIII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum iudex non rogatus impartiri potest, vt possit super accusationem querere etsi partes transegerint.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex ex officio potest super narratis in accusatio- ne inquirere, licet pendente accusatione accusator cum accusato concilietur pacem faciendo vel iniuriam remittendo.
- 2 Reipublicæ interest, delicta non remanere impunita.

*V*igesimoquinto limitatur † ut inquit Salycketus in l. abolition. nu. 2. C. de abolition. obid quod licet

pendēte accusatione accusator cum accusato concilietur, pacem faciendo vel iniuriam remittendo: Iudex tamen prædictis non obstantibus supr̄ narratis in accusatione inquirere potest, ut habetur in eo text. sed aduersus nocentem, &c. Id autem iudici fauore Reipublicæ conceditur, cuius interest maleficia † non remanere impunita. l. ita vulneratus, in fin. ff. ad leg. Aquil. & ibi latius ipse prosequitur

C A P. XLIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex ex officio poterit opponere, licet pars non possit statuto repugnante.

*V*igesimo sexto limitatur in eo, † quod si fortassis pars aliquo statuto repugnante opponere non possit, Iudex tamen ex suo officio opponere potest, ut inquit Anton. à Butrio. in cap. cum dilectus, extra de consuet. & Barbat. in consil. 30. num. 12. vol. 1. & voluit glos. in cap. nulli, extra de accusat.

C A P. L.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, vt testem sine exceptione partis reiiciat.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex ex suo officio testem reprobare potest, si ex eius dicto reprobabilem esse appareat, etiam si pars non excipiatur.
- 2 Acta inducunt notorium.
- 3 Iudex potest ex officio suo supplere in his, que notoria sunt.
- 4 Iudex ex suo officio potest repellere testem inhabilem.

*V*igesimo septimo limitatur ex eo, quod Iudex † ex suo officio potest eum testem reprobare, qui ex suo dicto reprobabilis appetat, etiam si pars contra ipsum testem non excipiatur: Exemplum autem ponit poteſt in eo teste, qui interrogatus, an sit inimicus illius contra quem deponit, respondet illius esse inimicum: Nam in hoc casu iudex poterit ex officio suo talem testem repellere & reprobare, ut voluit Angel. in l. si pars iudicantium. ff. de inoffic. testament. & in l. quos prohibet. num. 1. ff. de postulan. & in l. fin. ff. de petition. hered. refert Crotus in tract. de testibus, in 8. part. num. 358. Ratio autem est, quia ex quo illum reprobari posse ex actis iudicij appetat, talis probatio notoria censetur, cum acta † notorium indicant, ut inquit glos. in cap. significauerunt, extra de testib. Sed sic est, quod iudex circa ea, † quæ notoria sunt, supplere potest, ut ait glos. in l. 1. C. qui & aduers. quos. Ergo Iudex ex officio suo huiusmodi testimoniū repellere potest. Præterea quod Iudex ex suo officio † testem inhabilem & suspectum repellere possit, tradit etiam Agid. Boss. in tract. de testib. in tit. de public. process. & testi. num. 12. per ea, quæ valuebant Salycet. in l. si quis testibus. C. de testibus. & Felin. in cap. presentium, col. 2. extra de testib. & in cap. testimoniū, col. penult. in fin. & sequent. extra de testib. & in cap. testimoniū, col. 2. vbi etiam Aret. col. 8. eodem tit. & Alex. in l. 3.

in l.3. ff. de testib. & consil. 152. col. 5. circa princ. vol. 5. & iterum Angel. in consil. 295. col. 2. & iterum Felin. in d. c. 2. col. 8. in fin. extra de testib.

C A P. L I.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest examinando testes ad defensionem.

S V M M A R I A.

1. *Iudex ex officio suo potest ad defensionem testes examinare.*
2. *Contumacia, delictum est.*
3. *Citatus, non comparrens, à iudice mulctatur.*

Vigesimo octavo limitatur, † quia iudex ex suo officio ad defendendū testes examinare potest, vt est text. in l. si non defendantur. ff. de pœn. vbi tradit Bart. & rursus idem Bart. in l. in fin. ff. de questione. afferens se Pisis id in publica disputatione determinasse, & refert Balthasar de Rimbotti Senensis in consil. 77. num. 1. in l. vol. consil. crimin. diuers. Dicit tamen M. Anton. Blancus in sua pract. crimin. in cap. viii in dictis. num. 17. id non procedere in reo, quia iudex ex suo officio testes pro reo sine eius presentia assumere non debet; Nam reus citatur vt compareat ipsemet: & si non compareat, & edictis non pararet, dicitur delinquere, vt est text. in l. omne delictum. ff. de re milit. vbi tradit Bart. dicens † contumaciam delictum esse, vt inuit. text. in cap. absentem. ff. de pœn. 3. & citatus † si non compareat, à iudice mulctatur. l. 2. ff. si quis in ius vocat, non ierit. & l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Et eo magis, qui criminaliter citatus, de mandato iudicis citatur, secus autem est in causa ciuili, in qua ad instantiam partis citatio committitur. Cum igitur non comparendo delinquat, quod ex eius delicto commodum consequi debat. Dicendum non est, l. si ab hostibus. §. 1. ff. soluto matrimon. vt scilicet iudex ob eius absentiam testes examinare debeat, & probationes super innocentia sumere, cum propter ipsam absentiam in iudicem committat.

C A P. L II.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

1. *Iudex si a teste offendatur, quia ex se videt & perspicuit falsitatem eum potest ex officio suo punire.*

Vigesimono nono limitatur, quia iudex † si a teste offendatur, & ipsemet videt & perspicuit illam offensionem, vt quia fortasse falsitatem deponit, eum ex suo officio punire potest. l. eos. ff. de fals. & l. qui falsa ff. de testibus. & in nullum. C. eod. tit. de testib. & tradit. Iacob. de Arena in l. damus licentiam, num. 3. ad legem Cornelie. de fals. & Nellius à sancto Geminiano in tract. de testibus, in 2. part. num. 243. inquit iudicem ex suo officio testem, qui falso deponit fastigadum mandare posse, & ulterius subesse accusationi legis Corneliae, vt latius ibi ipse prosequitur. Id autem de iudice criminali dicendum videtur: Secus vero

curiae ciuilis, nam in eo casu ad iudicem curiae criminalis à partibus recurri solet.

C A P. L III.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest in compellendo testem ad deponendum.

S V M M A R I A.

1. *Iudex ex officio suo ad deponendum compellere potest.*
2. *Testes, ad quid iudex compellere potest, & præsentim ad instantiam partis.*

Trigesimo limitatur, ex eo quod iudex † ex suo officio quem ad deponendum compellere potest, vt inquit Lanfran. in sua pract. cap. 8. num. 37. in addit. hoc est, vt aliquid † addat, vel deponat. Id autem ex suo officio intelligitur: Secus vero ad partis instantiam: Nam in eo casu ad id solum, vt scilicet sui dicti causam reddant, à iudice compelli possunt, vt inquit glos. in Authent. de testibus. Et Albert. de Rosat. in l. solum. C. de testib. vult, vt iudex ex suo officio post publicatas attestaciones, testes non perfecte examinatos, iterum, vt supra vidimus, examinare possit, vt habetur in d. cap. cum clamor, extra de testibus.

C A P. L IV.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest in repellente agentem sine actione.

S V M M A R I A.

1. *Iudex ex suo officio agentem sine actione parte etiam non opponente repellere potest, & id quando locum habeat.*
2. *Iudicis potestari quod committitur, necessitatem non continet.*
3. *Iudex ad illud quod potest, non cogitur: & ideo si lud omittat, non tenetur in syndicatu.*

Trigesimo primo limitatur ex eo, qd licet sit communis conclusio, vt quis sine actione experiri non possit. l. si Titius. vbi tradunt Doctores, ff. de verbis. obligat. & voluit glos. in l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. Iudex † tamen ex suo officio parte etiam non opponente, agentem sine actione repellere potest, vt inquit Ruini. in l. nemo potest, col. 12. verific. solum ergo ff. delegat.. At parte opponente non solum debet, sed etiam tenetur, vt inquit Decius in cap. ad huc, il 3. col. 2. extra de appellat. & Cepha. in consil. 220. num. 33. vol. 2. & in consil. 112. num. 5. vol. 1. per ea, que voluit glos. & sequuntur Bart. & alii in l. vbi pactum. de transact. & rursus Bart. in l. ita stipulatus, col. fin. post medium. ff. de verborum obligationib. & Hippolyt. Marsilius in sua practica criminali, in §. sequens, num. 37. & Alexand. in consil. 136. num. 9. vol. 2. per ea, que voluit iterum glos. & tradunt Doctores, in l. vbi pactum. C. de transaction. & l. si vnu. §. pactus, verific. in opponendo. ff. de pact. & notat Innoc. in cap. 1. extra de offic. vicar. & l. in l. generaliter, num. 3. ff. de verborum obligat. & in l.

De Executionibus Tractatus. §. 3. 99

in l. vbi pactum. num. ii. C. de transaction. & notat Innocent. in cap. i. extra de offic. vicar. Maincius in l. non solet. num. 199. ff. de regul. iur. Et ideo subdit ibi Alexan. reum sponte etiam pati non posse, nec debere, ut quilibet contra se ea actione agat, quæ nunquam fuit, nec orta est, ut haberetur in l. 2. & ibi notat Bart. ff. de dote prælega. & iterum tradit Alexand. in consil. 166. num. 4. vol. 6. & Ias. in consil. 7. num. 4. vol. 1. per ea, quæ voluit. Bald. in l. 2. C. de execut. rei iudic. & in l. si non fortem. §. 1. ff. de condic. indeb. & Salycet. in l. ita pudor. C. de adulter. & Imola in l. fin. col. ii. ff. à quibus appell. non licet, & iterum Alexand. in d.l. vbi pactum. num. 7. C. de transaction. & id verum esse ait, cum iudici ex actis constat. Intellexit autem Angel. ibi tunc procedere, si reus id à iudice perat, eius officium implorando, alioquin iudicem supplere non posse, cum privatam vtilitatem id respicere videatur, per text. in l. fin. & ibi tradit gloss. de petit. heredit. & in d.l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. si vero publicam vtilitatem respiciat, id facere potest, vt est text. in l. filius familiæ §. veterani. vbi tradit etiam gloss. de prosecut. & gloss. iterum in l. 2. § sed quia veremur. ff. de iurament. calum. Verum, quicquid dicat Angel. Alexan. contrarium verius arbitratur: Quandoquidem cum iudici ex actis constet, actorem actione carere, sineque actione experiri, potest eum etiam: eo non petente expellere, & hanc inquit esse intentionem gloss. ibi, & in d.l. si unus. §. pactus versic. in opponendo. & clarius ibi Bart. & iterum Bart. in d.l. ita stipulatus, in fin. & in versic. secundo principaliter, quia circa finem illius versiculi. ff. de verborum obligationib. vbi etiam voluit Bald. & Bart. in d.l. si Titius, eodem tit. & in l. post legatum, in princ. colum. 2. ff. de his, quibus vt indign. & rursus Bald. in l. edita, colum. 24. C. de eden. & Jacob. Butrig. in d.l. vbi pactum. C. de transaction. & Salycet. in l. quos prohibet. ff. de postulan. & in d. §. Sed quia veremur. Nec obstat subdit text. in d.l. fin. & ibi gloss. ff. de petition. hereditat. quia ibi actori actio competebat, & iudicis officium actionis loco succedit. Et minus obstat arbitratur text. in d.l. 4. §. hoc autem. quia vt ibi etiam dixit Imola, non procedit in casu nostro: Immo subdit ibidem Alexan. voluisse Butrig. Bald. & Salycet. iudicem supplere non posse, quādo reus esset talis, qui in iudicio nullo modo audiendus esset, vtputa si sit bannitus, aut non soluat collectas, vel vestigalia, & alia solita solui à ciuibus vel incolis illius ciuitatis, ita vt illi ex forma statuti auditio non possint, prout de iis quoque dici solet, quibus syndicatus datus est, vt inquit gl. in d.l. vbi pactum. & gl. in d.s. pactus. Præterea idein voluit Alber. de Rosat. in l. item apud Labeoneim. §. quod ait prætor. num. 1. ff. de iniur. & famo. libell. & Par. à Puteo in tract. de syndic. in §. iudices puras, num. 17. & Hippolyt. Riminald. præstantissimus iureconsultus, & hoc tempore facile Princeps, vt eius scripta ostendunt, in §. fin. num. 6. Inffit. quib. alien. licet vel non. & Franc. Curt. in d.l. vbi pactum, num. 30. C. de transact. Verum stantibus predictis alia insurget dubitatio, an scilicet iudex actorem sine actione agentem omnino repellere cogatur, an vero possit si velit ita vt eius in arbitrio & libera voluntate consistat: Et hæc in re Fran. Curt. in d.l. vbi pactum, nu. 31. vt in eius potestate sit, existimare videtur, nulla cogente necessitate: ea 2 potissimum ratione, quod † quicquid iudicis potestati conceditur, necessitatem non continet. l. non 3 quicquid. ff. de iudic. vbi habetur, † iudicem posse, no

autem cogi: & ideo si omittat in syndicatu non teneri. l. si index. C. de seru. fug. Hæc dubitationem mouit Paul Castrensi. in d.l. vbi pactum, & conclusit necessitate non compelli, d. l. non quicquid. cum quo transit etiam Alex. ibidem. Etsi subdat Curt. ibidem, Bart. alias voluisse ibid. in col. 5. contrarium voluisse, dum inquit Iudicem, si videat aliquem sine actione agere, eum repellere debere, & ex necessitate intelligere videtur, & si illam ponderationem & declarationem attingere videatur Ant. à But. vt refert ibidem Alex. dum dicit ita distinguendo: Aut reus sciuit, potuitq; opponere, & tunc Castrensi. opinio procedat, propterea quod potius de seipso cōqueri debet, cum non obiecerit quæ de iudice. l. argentarius. §. cum autem ff. de eden. Aut vero ignorauit vel opponere non potuit, & tunc eum repellere omnino compellitur: & hæc opinio satis iuri, & naturali æquitati applaudere videtur.

C A P. LV.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

- i Index cum ei constat partem aduersam nullum ius habere eam repellere debet, etiam si alia pars opponere non possit.

T Rigesimo secundo limitatur ex eo quod Iudex i cum ei constat partem aduersam nullum ius habere, eam repellere debet, etiam si alia pars opponere non possit, vt inquit Ruinus in consil. 145. nu. 8. vol. 3. peream, quæ voluit gloss. & sequuntur Doctores, & presertim Bart. in d.l. vbi pactum. C. de transact. & Angel. in l. exceptionem. num. 3. C. de probat. & in l. vna. C. vt ab hered. & contra hered. & teigit in l. 1. C. de condition. ex lege. & Andr. Barbat. in consil. 28. vol. 2. & Ant. à Butr. in cap. cum dilectus, extra de consuet. & rursus Andr. Barbat. in consil. 36. col. fin. nu. 4. vol. 1. Vbi vult, vt id etiam facere possit, si reus repugnante statuto opponere non possit, vel alia quavis censura, prout voluit etiam Roman. in consil. 70. & in d.l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & Hostiens. quem alii sequuntur, in d. cap. dilecti, extra de maiori. & obed. & in cap. bona, extra de appellat. & ita inquit intelligi posse text. in cap. bona, extra de appellat. & ita inquit intelligi posse text. in cap. quia V. extra de iudic. In hoc enim casu officium iudicis in æquitate fundatur. l. si me & Titium ff. si cert. petat. & l. nam hoc natura. ff. de condition. indeb. & cap. locupletari, de reg. iur. in 6. & Roman. in consil. 42. num. 4. & Andr. Barbat. in d. consil. 7. colum. 10. num. 28. vol. 2. vbi etiam loquitur de statuto reum opponere prohibente.

C A P. LVI.

S V M M A R I V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, repellendo agentem ante diem.

S V M M A R I A.

- i Iudex potest, si vult repellere agentem ante diem in eo casu, in quo nata est actio.
2 Locupletari cum aliena iactura, quando quis dicatur.

Trigesimotertio limitatur etiam ea opinio, in qua dicitur, Iudicem si t̄ velit, posse ante diē in casu, in quo nata est actio, auctorem repellere; & ratio est, quia Iudex potest euidentem calumniantem à limine iudicii, vi sui officii expellere, prout supra latius dictum est. l. qui cum natu maior. §. si patris. & ibi glos. ff. de bon. liber. & fuit opinio Innocent. in cap. extra de offic. vicarii. & eum sequitur Bald. in l. col. 2. C. quomodo & quando index. & confirmat quampluribus Felin. in cap. de cetero, col. 3. extra de iudic. Verum contrarium opinionem videtur firmare Bart. in l. eum qui ita. §. quitta. ff. de verbis. obligat. & lecta. ff. si cert. petat. Hanc Bart. opinionem, qui sequuntur, vt inquit Aret. respondent, Iudicem ex suo officio tunc calumniantem repellere posse, cum huiusmodi calumnia quis cum aliena iactura locupletatio fieret: alias vero nullo modo posse, vt dixit Bart. in l. si vnu. §. pactus ne peteret, col. 2. ff. de pact. Et ideo in proposita specie, licet creditor ante diem creditum suum consequatur ex quo in eius creditum poneundum est, cum aliena iactura locupletari t̄ non dicitur: cum debitum omnino sit, etiamsi dicatur, auctorem, cum aliena iactura locupletorem fieri, ex quo reo interusurum medii temporis auffert. Nam ad hoc obiectum respondent, legem huiusmodi interusurum non attendere, nec inde existimare, cum aliena iactura quempiam locuplerari, cum de hoc non obiecerit, arg. l. quod in diem. ff. depetit. hered. & eorum qua tradit Bart. in l. col. fin. cod. tit. & Ripa in l. stipulatus, num. 86. ff. de verb. obligat. & late examinat hanc conclusionem & matrimonium Paul. Castr. in l. lecta, num. 18. & 19. ff. sicutum petatur.

C A P. LVII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest ut machinationibus resistat.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex ex officio suo calumniantem quando locupletatur cum aliena iactura repellere potest.
- 2 Venditor ex vendito ad consequendum premium actionem ordinariam habet.

Trigesimoquarto limitatur, quia iudex t̄ ex suo officio calumniantem, si locupletetur cum aliena iactura, repellere potest: alias vero nequam. vi inquit Bart. in d. l. si vnu. §. pactus ne peteret, col. 2. ff. de pact. & Ripa in d. l. ita stipulatus, num. 86. ff. de verborum obligat. & tradit Andr. Barbat. in consil. 16. col. 5. num. 15. vol. 2. per text. in l. fin. ff. de petit. heredit. & in l. plane. eodem tit. & dicit esse text. optimum, secundum lecturam A. Zonis, in d. l. vbi pactum. C. de transaction. & in l. sicut. C. de paga. & sacrificio. & templi. Et ideo infert Butr. in cap. cum dilectus, extra de consuetud. quod licet vi starutorum reus de caluminia opponere non possit, Iudicem tamen ex suo officio calumniose agentem, ne cum aliena iactura locupletetur, repellere posse: & idem voluit Bald. in Rub. C. de manu. iii. genera. Mouetur autem, quia licet reus vi statuti repellatur, Iudex tamen repelli non dicitur, vt tradit etiam Natta in consil. 17. num. 13. volum. 1. & Alexand. in dicta l. 4. §. hoc autem indicum.

ff. de damno infecto. & voluit gloss. in l. qui cum maior natu. §. si patris, in versic. calumniosam. ff. de bon. liber. quam notat ad id Imola in l. penult. §. ad crimen, versic. sexto fallit. ff. de public. iudic. & notat Innocent. in cap. ad huc, in fin. extra de offic. vicar. & Cynus & Bald. in l. 2. C. vt ne priua. & in l. 1. C. quomodo. & quando Iud. & in l. 1. C. ne de statu defuncto. & in l. 1. colum. 6. C. qui accusat. Vbi id quomodo procedat, optime declarat, & notat iterum Baldus in peremptorias, columna penultima, in versiculo quarto notatur. C. sentent. rescind. non posse.

Limitat tamen hanc limitationem Natta eodem in loco, quando reus actionem ordinariam ad suum damnum consequendum haberet: Ut puta venditor, qui ad petendum premium t̄ ex vendito ordinariam actionem habet. l. Julianus. §. ex vendito. ff. de actione empi. eamque potest in alio iudicio coram competente iudice intentare.

C A P. LVIII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest ut machinationibus resistat.

S V M M A R I A.

- 1 Index ex suo officio machinationibus obuiare potest & debet.
- 2 Negatio quando licite concedatur etiam cum iuramento.
- 3 Dolum committere non dicitur, qui dolum excludit.
- 4 Furari potest quis rem suam quam recuperare non potest, vel aequivalentem, aut propria auctoritate eripere.
- 5 Monitiones generales de occultis, contra detinentes tales res, puta Sempronii iniuste, non ligant: nee ille, qui ita tenet, releuare debet, nec erit excommunicatus.
- 6 Furtum vt indicetur pactum si fiat, nihil ab eo petendi, si fur indicet seipsum, pacto huiusmodi non relevatur.
- 7 Proclama si fiat per ciuitatem, quod ab indicante furtum, nihil petetur, si fur se ipsum indicet, non liberatur.

Trigesimoquinto limitatur, t̄ quia Iudex ex suo officio machinationibus resistere & obuiamire potest, vt inquit glos. in cap. Deus, 2. quest. 1. & in cap. cupientes, in verbo, malignantum, de election. lib. 6. & tradit Alexand. in l. qui totam ff. ad Trebellian. & in consil. 13. vol. 1. & Barbat. in cap. 1. col. 12. extra de iurament. calum. & in clement. 2. de re iudic. & in consil. 12. col. 3. volum. 2. & Vital. de Camba. in tract. clausul. in claus. Nil noui serui. pend. colum. 14. & Corset in tract. de potestat. reg. quest. 86. & Ias. in §. in bona fidei. nu. 81. Institut de actionib. & Decius in l. ea est natura. ff. de reg. iur. & Ioann. Lecivier. in tract. de iure primogen. lib. 3. quest. 8. & facit. text. in l. cum pater. §. Titio, in fin. ff. de legat. 2. Ex his inferunt Doctores ad plures quæstiones, & primum si forte alicui t̄ mutuo secreto decem data sint, quæ ille deinde restituerit: sed deinde ab eo qui mutuo dedit, iterum pertantur: ille autem solutionem probare non possit. Nam in hoc casu, illum qui mutuo accepit, negare posse

De Executionibus, Tractatus. §. 3. 101

posse arbitrantur, nihilque habuisse iuramento asserere quod non restituerit, ut inquit Bald. in rub. C. de fide instrum. col. 9. versic. incidenter etiam quero. Dolum † namque committere non videtur, qui dolum excludit. l. cum pater. §. Titio. in fin. ff. de leg. 2. ubi etiam plura idem confirmantia adducit Alexanderinus in l. qui totam. ff. ad Senatus consult. Trebell. Secundo et iam loco infertur ad eum, qui rem suam † ab aliquo recuperare non potest: Nam inquiunt posse eum rem æquivalētem furari, vel saltem propria authōritate arripere, ut est glos. notabilis & singularis in cap. ius gentium. 1. distinc. quam sequitur etiam Felin. in cap. quoniam, extra de simon. & in cap. 2. num. penult. extra de sponsal. & Alexander. in consil. 135. num. 3. vol. 1. & Cæsand. in consuetud. Burgund. in rubr. des iustices, in glos. fil na gracie, num. 32. & in addit. ad Decium in l. ea est natura. ff. de regul. iur. & sequitur etiam Innocent. in cap. olim, il 1. num. 8. extra de restitut. spoliat. & in cap. quia plerique, extra de immun. eccl. & Bald. in l. 2. colum. 2. num. 17. & sequent. C. de seruitut. & aqua, & in l. 1. col. 2. C. de testament. & Florian. in l. itaque. quam legit cum l. seruus. ff. ad legem Aquil. Huic autem conclusioni quatuor ad hoc vt subsistat, accedere debent, quæ tradit Angel. de Claua. in summa Angelica, in verbo, furtum. §. 40. & Cardin. in tract. de constitut. quest. 42. conclus. 2. Immo subdunt, quod si fiant generales † monitiones occultorum, contra eos qui tales res iniuste retineant, puta Semprohii eos: qui modo prædicto detinent, releuari, & excommunicatos non esse ob id quod iniuste detinere non datur, ut inquit Silvest. de Prio in sua summa, in verbo, furtum, quest. 12. Licet in summa Angel. in eod. versic. aliter concludat. Præterea idem firmavit Petrus Rebussus eodem in loco, & in l. Diuus, versic. immo fortius. ff. ad Senatus consult. Syllan. fol. 24. Item etiam dicendum si ille, cui aliquid farto subtrahitum sit, cum aliquo paciscatur, † si furtum denunciet, ab eo nihil petiturum: Veleriam si fortasse tota ciuitate edicatur, † ab eo qui furtum iudicauerit, nihil esse petendum vel præstandum: attamen furem, si fortasse se ipsum referat, eo pacto vel edicto, non liberari: & id etiam locum habere, si non ipsem farto subtraxerit, sed unus ex sociis sit, ut est text. in d. l. 4. §. fin. ff. de condition. obturp. caus. Et ideo dicunt, non nullos hac de re suspicuntur fuisse, ut inquit ibidem Ias. in 3. notab. & voluit ante loan. Andr. in addition. ad Specul. in tit. defurt. in rub. & sequitur Andr. Barbat. in cap. sedes, col. 3. extra de rescript. & Hippolyt. Marsil. in singul. 177. malitiis & id pro intelligentia multatum legum notandum esse existimat.

C A P. LIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Index vbi vero similiiter suspicatur exceptionem aliquam calumniose opponi eam etiam si peremptoria reiicere potest.

T Rigesimosexto limitatur ex eo, quod vbiunque Iudeus † exceptionem aliquam calumniose opponi supicatur, eam, etiam si peremptoria, reiicere potest, ut inquit Abbas post Innocent. in cap. post electionem, colum fin. extra de concess. præben. & in cap. suscitata, in 3. notab. per illum textum, extra de in integrum restitution. & in cap. ex parte, il secundo,

in 2. notab. & in cap. pastoralis. §. penult. col. 2. extra de offic. delegat. & in cap. nullus, in fin. extra de præsumptio. & in cap. super eo, il 1. in fin. & in cap. interposita, in princip. in 1. notab. extra de appellation. & in cap. constitutus, extra de fideiuss. & tradit Ias. in l. si se non obtulerit. §. condemnatum, num. 10. ff. de re iudic.

C A P. LX.

A R G U M E N T U M.

Officium suum Iudeus non rogatus impartiri potest, repellendo a gentem sine libello.

S V M M A R I A.

1. Index ex officio suo agentem sine libello in illis casibus, in quibus libello opus est, reiicere potest.
7. Reipublicæ interest, iudicia non esse elusoria.
3. Iudicium super inepto libello, est nullum.

T Rigesimo septimo limitatur, quia Iudeus † ex suo officio agētem sine libello, in illis casibus, in quibus libellus est necessarius, repellere potest. cap. 1. extra de libell. oblat. vbi id notat etiam Panormit. in 2. notab. & tradit Ripa in d. l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damno infect. Ratio autem est, quia † Reipublicæ interest, ne iudicia sint elusoria, partesve inanibus laboribus & expensis vexentur, cap. cau- sam, quæ extra de iudic. Est † namque iudicium super inepto libello agitatum nullum, ut inquit glos. In fin. de obligation. in versic. secundum, in fin. prout etiam iudicium sine libello necessario agitatum, nihil valet, d. cap. 1. & notatur in cap. cum dilecti, extra de emption. & vendition.

C A P. LXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Index ex suo officio potest reiicere libellum formatum contra consuetudinem & stylum curiae formatum.

T Rigesimo octavo limitatur, † quia Iudeus ex suo officio libellum formatum contra consuetudinem & stylum curiae reiicere potest, ut inquit glos. in l. de quibus in verbo, in ueterata. ff. de legibus. & sequitur Angel. in l. 1. ff. de offic. assess. & Felin. in cap. 2. versic. stylus curiae, extra de rescript. & Ripa in l. 1. §. quia autem. num. 3. ff. quor. legato.

C A P. LXII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

1. Index ex suo officio potest reiicere libellum contrariatem continentem.

T Rigesimonono limitatur, quia Iudeus † ex suo officio libellum contrarietatem continentem reiicere potest, ut inquit Ruin. in consil. 164. num. 2. vcl. 5. per illum text. in l. 1. ff. de offic. assess. & tradit Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 171. & 172. ff. de acquir. posses. autoritate glos. in d. cap. examinata, extra de iudic. & Achil. persona. tract. de adipiscen. posses. & in tract. interdict. quor. bonor. num. 461.

C A P. LXIII.

A R G V M E N T U M.

Officium suum Iudex interponere tenet etiam non rogatus in rei-
ciendo libellum ineptum.

S U M M A R I A.

- 1 Index potest & debet repellere libellum ineptum, et
iam parte non opponente.
- 2 Ineptitudo non appareat ex actis probationis.
- 3 Ineptitudo potest dici ex persona offerentis libellum
si sit notum iudici.
- 4 Ineptitudo colligitur ex materia contenta in libello,
vel quia inepte concludit.
- 5 Conclusio non dicitur apta, nisi sequatur ex premis-
sis.
- 6 Libellus si est ineptus, & probationes aptæ, an valeat
sententia.
- 7 Libellus si est ineptus & probationes aptæ, an iudex
supplere possit pro agente ex actis probatoris.
- 8 Exceptio si est inepta, probatio vero apta an index ex
officio suo possit supplere exceptiones partis pro ex-
cipiente.
- 9 Articulus si ineptus sit, probatio vero apta, antea
probatio relevet, si testis super articulo solum iura-
tus sit.

Quod ragesimo limitatur, quia ut inquit Socin.
sen. in consil. 146. num. ii. vol. i. communis opini-
o omnium est, iudicem † non solum posse, sed
etiam debere libellum ineptum, parte etiam non
opponente, reiicare, ut notat gl. quā sequuntur Doct.
in l. 1. ff. de off. affess. & notat In hoc. in d. c. examinata,
extra de iud. vbi etiam Abb. nu. 21. distinguendo di-
cit: Aut virtut libelli patet, & Iudex id non potest,
ut voluit etiam Innoc. in d. c. examinata. & in d. l. 1. ff. si
messor fals. mod. dixer. vbi ineptitudo erat expressa, &
idem dicit si non sit expressa in libello, sed sit noto-
ria, ut inquit Innoc. in c. extra de offic. vicar. & facit text.
in c. sacerdotibus, ii. quest. i. Si vero ineptitudo non sit
etidens, & tunc Iudex in continent libellum reii-
cere non potest, quia de facto supplere non potest,
sed deberet expectare, donec sibi de ineptitudine
ex probationibus constet, ut inquit Hostiens. in d. c.
examinata. Hanc autem conclusionem simpliciter
sequitur Ias in l. omne officium, nu. 4. ff. de off. affess. in-
quiens regulam esse, ut iudex possit reiicare libel-
lum male conceptum, vel de re illicita, vel alio modo,
ut late prosequitur Ias ibid. Hæc autem ineptitudo
† ex actibus probationum apparer, ut inquit Bal.
in l. edita. C. de edendo. & notat iterum idem Bald. in l. si
patronus libertum. ff. de iure iur. & tradit Paul. Castren.
in d. l. 1. nu. 2. ff. de off. affess. vbi inquit, ineptitudinem
† vel ex persona dantis libellū constare, si est talis,
qui repugnante iuri vel statutorum dispositione
audiri non debet, & id notum sit iudici, ut habetur
in l. quos prohibet. ff. de probat. vel ex materia in libel-
lo contenta, † ut est text. in l. si seruus. in fin. ff. de his, qui
ad eccles. config. & in l. fin. in fin. C. ut nemo priua. tu-
tel. Vel si inepte † concludit: In ciuilibus nam-
que apta conclusio necessaria est. Aptia autem
non dicitur, nisi ex præmissis sequatur, ut notatur in
d. l. edita. C. de eden. & probatur argumento eorum, qua
notantur in l. 2. §. quod certa. ff. de dolis except. Exem-
plum talis ineptitudinis est, si fortasse petam à te

decem, quia Rex est in Gallia. In hoc enim casu libel-
lus est ipso iure nullus: hoc enim exemplum posuit
glos. in l. 2. §. circa, ff. de except. do. & tradit Francisc. Curtius
in d. l. edita, num. 45. C. de eden. Præterea hanc
conclusionem sequitur Francisc. Niconit. in cap.
quoniam contra falsam, num. 114. extra de probation.
& Paris de Puteo in tract. de syndicat. in cap. Iudices pu-
ras, num. 17. & tradit Albericus de Rosat. in dicta l. quos
prohibet. ff. de postulan. Stantibus prædictis, quæ-
runt etiam Doctores, an si libellus † est ineptus, 6
probationes vero aptæ, sententia in fauorem a-
gentis super eo lata valeat? Hac de re tradit Soci-
nus senior in consil. 146. num. ii. vol. i. & Alexand. in
l. vbi pactum, num. 7. C. de transact. vbi querit, si non
repellit, an puniatur? Quærit præterea etiam Bald.
in l. ius dicentis, in l. lectur. num. 4. ff. de iurisdict. omn.
iud. si libellus † sit ineptus, probationes vero aptæ: 7
an Iudex ex actis probatoris pro agente supplere
possit? & inquit Speculator in §. seruitute, verific.
quid si libellus, intit. de offic. iudic. tenere non posse:
verum Abbas inquit id tunc verum esse, nisi sup-
pleat ex partis confessione, ut est text. in cap. Pisani,
extra de restitut. spoliat. Item quærit Bald. eodem in
loco: Quid dicendum sit, si exceptio † sit inepta, 8
probatio vero apta: an Iudex pro excipiente exce-
ptiones partis supplere possit? & dicit non posse,
vbi exceptio requiritur, ut habetur in l. 1. §. Labeo. ff.
de flumin. & in cap. constitutionem, de election. in clemen.
& est glossa notabilis in l. si virus. §. pactus ne peteret, in gl.
in verbo, in opponendo. ff. de pact. & in d. l. vbi pactū. C. de
transaction. Rursus etiam quærit Baldus ibidem;
Quid si est ineptus articulus, † probatio autem a-
pra? & respondet talem probationem non releua-
re, si testis super articulo tantum iurauerit, ut in-
quit Speculator in tit. de teste, §. 1. verific. quid ergo si
capitula. Et ideo inquit Iudicem supplere non pos-
se, propterea quod ex dicto non iurati testis sup-
pleret: Refert tamen se ad ea, quæ dicit Innocent.
in c. examinata, de iudic. in nouel. Vnde tandem con-
cludit ex prædictis exceptionem ineptam, libel-
lum ineptum, ineptumque articulum apta proba-
tionem non firmari: & id valde notandum esse arbi-
tratur.

C A P. LXIV.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Iudex ex officio suo nisi declaretur libellum obscurum
reiicare potest, & quando & quomodo id procedat.

Quod ragesimo primo limitatur ex eo, † quod
Iudex ex suo officio, nisi declaretur, libellum
obscurum reiicare potest: in iis enim, quæ iudicij
solemnitatem respiciunt, quibusve omissis iudicij
elusorium redditur, potest iudex officium suum
etiam non petitum impartiri, ut inquit Bart. in d. l.
4. §. condemnatum, vbi tradit etiam Alex. col. 2. ff. de da-
mno infect. & tradit Ripa in l. edita, num. 28. C. de eden.
vbi dicit Specul. in tit. de libel. oblat. in §. sequitur, vo-
luisse ut iudex huiusmodi libellum reiicare non de-
beat, sed in fine litis reum ab inepta petitione ab-
solueret: cautius tamen, & iuri magis consonum fa-
ciet ipse Iudex, subdit ibidē Ripa, si talem libellum
reiiciat ne lites ex litibus oriantur. I. quidā extima-
uerunt, ff. si cert. pet. ut ibi latius ipse prosequitur.

C A P.

De Executionibus, Tractatus. §. 3. 103

C A P. LXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. *Iudex ex suo officio, quando constat exceptionem ratione carere vel calumniandi animo opponi, eam reiicere potest.*

Quodragesimo secundo limitatur, quia Iudex ex suo officio, quando constat exceptionem ratione carere, vel calumniandi animo opponi, eam reiicere potest, ut inquit Decius in c. constitutus, il. 3. num. 4. extra de appellat. per ea, que voluit Innoc. ibidem, & iterum idem Innocen. in c. post electionem, in fine, extra de concess. praben. & late tradit iterum Decius in c. super eo, extra eod. tit. de appellat.

C A P. LXVI.

A R G U M E N T U M.

Officium suum Iudex impartiri potest, ut libellum ineptam causam continentem dilaceret.

S V M M A R I A.

1. *Iudex ex suo officio, ubi libellus ineptam causam exprimit, & iudici liquido constat ex ipso libello, etiam parte non opponente, nec petente, agentem repellere potest & debet, & libellum lacerare.*
2. *Iudex factum notorium etiam quod à partibus non allegetur, reiicere potest.*
3. *Iudex ex suo officio etiam libellum congruum lacerare potest, si sit calumniosus.*
4. *Iudicis interest prouidere, ne iudicium coram se agitatum elusorium reddatur.*
5. *Iudex si libellus sit ineptus, etiam reo non opponente, potest reum ab obseruatione iudicij absoluere.*

Quodragesimotertio limitatur, quia Iudex ex suo officio ubi libellus ineptam causam exprimit, & liquido constat iudici ex ipso libello, quod calumniam cōtinet, parte etiam non petente, agentem repellere debet & potest, libellumque lacerare ac dilaniare, ut inquit Franciscus Curtius in l. edita. num. 46. C. de eden. per text. cum glos. nota. in l. prima. in verbo, libellus, ff. de offic. assēss. & est quoque text. notabilis, & ibi tradit glos. ordinaria, in l. qui cum natu maior, §. si patr. ff. de bon. libert. & in clemen. confiūtiones, in versic. denovo, extra de electio. Verum hanc rationem reprobavit ibidem Curt. Nam si licet (inquit ipse) libellum ante litem contestatam emendare, quomodo illum lacerare & dilaniare poterit? Plane si illum laceraret vel dilaniaret, emendandi facultas tolleretur, & ideo alium libellum dari necesse esset. Verum quicquid dicat Curt. quod Iudex ex suo officio libellum lacerare, si videat ius actori non competere, & presertim in spiritualibus, tradit Abb. in c. cum ecclesiastice, num. 8. extra de exceptio. & iterum Abb. in c. si clericus, num. 4. extra de foro competen. intelligendo etiam si notorie aliunde quam ex libello actoris ius non constet: Id quod comprobat text. iuncta glos. in l. 1. C. qui & apud quos. ubi constat

2. *Iudicem factum & notoriū etiam si à partibus non allegetur, nec probetur, attendere non teneri, ut*

inquit gl. iuncto tex. in l. post rem iudicatam. ff. de transactio. & in l. qui sententiam. C. de p̄n. & tradit Andr. Barbat. in consil. 16. colum. 6. num. 8. volum. 2. dum inquit auctoritate eiusdem Innocen. in cap. 1. extra de offic. vicar. quod quemadmodum Iudex & libellum dilaniat & rescindit ineptum, pariter etiam dilaniat & rescindit libellum apte & iuridice confessum, si calumniosus sit, per ea que habentur in c. nulli, extra de accusatio. & tradit Ludou. Roman. in consil. 65. visis presuppositis & iterum Ludou. Roman. in consil. 69. num. 11. & id etiam parte non opponente, sed in ea contumacia persistente procedit, & locum habet. Primum autem probari ait in l. fin. C. ut nemo priuat. & in l. t. C. ut que desunt adiuv. Secundum vero de contumacia dicit ponere Speculat. in tit. de primo decre. S. sequitur videre, qui est in ordine secundus, in versiculo. Quid si constat iudici. & facit illud, quod notat Bart. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto & Bald. in l. fin. C. de appellatio. Præterea quod Iudex suo officio, cum videt huiusmodi libelli ineptitudinem, illum propriis manibus scindere & dilaniare possit, vel etiam reiicere voluit etiam Jacob. de Puteo in consil. 121. num. 71. in primo volumine, consil. ultim. volunt diuers. per text. in l. secunda, in fine. Cod. ut nemo priua. & ea, que voluit glos. & sequuntur Doctores in d. l. vbi pactum. C. de transactio. & iterum tradunt Doctores in l. prima. ff. si mess. sal. mod. dixer. & est etiam text. notabilis in c. sacerdotibus, 11. quest. 1. & in l. fin. 2. quest. ultima. Interest namque & iudicis prouidere, ne iudicium coram se elusorium agitetur, ut voluit glos. notabilis in c. 1. in verbo absentia, de electio. in 6. & idem, ut ibidem subdit Puteus, voluit iterum Bart. in l. libellorum. §. quod si libelli ff. de accus. & in d. L. edita. C. de eden. Subditque, ut si libellus sit ineptus, & possit Iudex reo etiam conuento non opponente, eum ab obseruatione iudicij absoluere, ut voluit iterum Bal. in d. L. edita, colum. 16. ibi, sed hic dubitatur, utrum post litem contestatam. Præterea quod Iudex ex suo officio huiusmodi libellos rescindere ac dilanarie possit, tradit etiam Patis de Puteo in tract. de sindic. in c. Iudex, num. 4.

C A P. LXVII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

1. *Iudex ex suo officio parte etiam non opponente generaliter omnes prohibitos repellere potest.*

Quodragesimoquarto limitatur, quia & iudex ex generaliter, ex suo officio, etiam parte non opponente, omnes prohibitos reiicere potest, ut inquit Alber. de Rosate in d. l. quos prohibet, num. 2. ff. de postulan. Imo, quod satis plus est, id etiam ei licere arbitratur, si pars, ut supra late dictum est, consentire eos admitti, per text. in l. filius fainilitas §. vettrani. ff. de procur. & tradit glos. in c. pia, in si. de exceptio. lib. 6. & in c. alieni erroris. 2. quest. 7. & Archidian. in c. si qui sunt rituperatores. in fi. eadem cau. & quæstio. & ideo querit ibidem Alb. An si prohibitus admittatur ignorante iudice, processus totus & integer vitetur? & hac de te refert se ad l. 1. §. hoc editio, versic. item querit Guliel. eodem titulo.

C A P. LXVIII.

S U M M A R I V M.

Argumentum est in Summario.

1. Index ex suo officio parte etiam non opponente excommunicatum repellere omnino debet.

Quodрагесimoquinto limitatur, descendendo ad particularia, quia Iudex ex suo officio, parte etiam non opponente, excommunicatum repellere à iudicio non solum potest, sed etiam debet, ut inquit Alber. in l. item apud Labeonem. §. quod ait Prator. num. 1. & 2. ff. de iniur. & famos. libel. per text. in l. si seruus. C. de his, qui ad eccles. config. ac etiam per tex. in d. c. pia. ds exceptio. lib. 6. Id autem tunc verum esse dicit, quando illi ut iudici, quod sit excommunicatus, constat & appareat, ut puta quia sit publice & notorie excommunicatus, ut habetur in d. c. pia, ubi notant etiam Ioan. Andr. Archidia. & Cardin. & Specul. in §. ratione forme, vers. sed pone, tum excommunicatus, in tit. de rescript. praesenta. & idem voluit etiam Gemin. in c. decernimus, num. 6. de senten. excommun. in 6. per ea quae voluit Guil. in Specul. de iudic. §. 1. in fin. & inquit optime facere tex. in d. c. decernimus. Quia, ut ibi patet, ille text. ad hoc compellit etiam iudicem sacerlarem: & idem notare Ioan. Andr. in c. impedit, in princ. extra de offic. iudic. & Iacob. de Arena in l. non dubitandum, num. 2. C. ut quae desunt aduoc. & in d. l. item apud. §. ait prator. num. 1. ff. de iniur. & famos. libel. & August. Berous in c. 1. num. 6.1 extra de iudic. & Abb. in c. 2. num. 4.0. extra de ordin. cognitio. & iterum in c. exceptionem, num. 1. extra de exceptio.

C A P. LXIX.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

Index bannitum ex suo officio repellere potest.

Quodрагесимошесто limitatur in bannito: Iudex & namque eum ex suo officio repellere potest, ut inquit Alber. in d. l. item apud Labeonem. §. quod ait Prator. num. 2. ff. de iniur. & famos. libel. per ea. quae in precedenti limitatione reculimus: & tradit Alex. in l. si cum dōtem. §. eo autem tempore, num. 14. in fin. & sequen. ff. sol. matrim. & Iacob. de Arena in l. non dubium. num. 2. C. ut quae desunt aduoc. & in d. l. item apud. §. ait prator. ff. de iniur. & famos. libel.

C A P. LXX.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

1. Index ex suo officio vbiunque ei conslat. potest etiam parte non opponente, accusatorem repellere.

Quodрагесимошевто limitatur etiam in accusatore. Nam & iudex ex suo iudicio, vbiunque ei de calumpnia constat parte etiam non opponente, eum reiicere potest, ut voluit Aret. in c. si legitimus, extra de accusat. & eum ibidem sequitur August. Berous. num. 1. per ea, quae voluit Bar. in l. libellorum. §. quod si libelli. ff. de accusat. & facit illud, quod in simili dicit gl. in c. i. in verbo, absentia, in si. extra de electio. & tradit Abb. in c. significante, num. 4. extra qui matr. accus. poss. per tex. in c. querendum, & in c. si qui sunt. 2. q.

7. & Ludou. Montal. in tract. de reprob. senten. filia. in dubio, artic. 4. num. 23.

C A P. LXXI.

A R G U M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest reiiciendo decoctum vi statuti.

S U M M A R I A.

1. Index decoctum reiicere à iudicio debet.
2. Sententia lata contra cessantem tempore cessationis an ea sublata subsistat.

Quodрагесимошевто limitatur in decocto: Nam & multis in locis extant statuta, ut de cocti non audiantur: nec etiam eorum procuratores in ciuilibus vel criminalibus, quousque cum suis creditoribus concordiam vel conventionem fecerint. Et ideo dicunt Dd. processum factum pro cessante ipso iure non valere, etiam si exceptio cessationis à parte non opponatur, ut inquit Bal. in l. i. in vlt. quest. C. de hered. insi. licet loquatur de bannito, cui ex forma statutorum ius reddi non debet, & tradit Aret. in consil. 35. considerata diligenter, colum. 3. in princ. num. 4. Et ideo licet pars non opponat, poterit Iudex ex suo officio opponere: Verum illud etiam hoc loco solet à Doctoribus in controversiam reduci, an si quispiam tempore sententia sit cessans: si deinde definat cessationis sententia lata & tempore cessationis conualeseat? Hac de re Alexan. in l. i. §. sublata. ff. ad Senatuscons. Trebell. loquens de statuto audientiam bannito denegante, inquit magis communem opinionem esse: ut si statutum personam inhabilem reddendo dicat bannitum audiendum non esse vel bannito ius reddendum non esse: processus in eius fauorem factus, sit nullus: Vnde cum cessans dicatur bannitus ita in plerisque locis statuto disponente, ob id quod hac de causa ei audientia denegatur. Ergo licet Bart. contrarium teruerit in d. l. i. §. sublata. per tex. ibi, iuncto principio eiusdem legis, & in l. nam & postea, in princ. per illum text. iuncta glossa. ibi. ff. de iure iur. & in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condicione. indeb. & in l. cum lex, in si. ff. de fideiuss. dum ibi concluditur, ut vbiunque statutum alicui denegat actionem, vel eum prohibet auditum: iusque ei reddi, repellendus sit ope exceptionis, si ciuiliter agat, ob id quod actio interdicta sit ipso iure. Hanc opinionem primum firmavit Iacob. de Arena in sua disputatione incipiente, quæstio est, si lata est sententia pro bannito, quem refert & sequitur Ioan. Andr. in additione ad Specul. in tit. de probatio senten. §. iuxta. vers. item est nullaratione litigioris. Licet Nellus à sancto Gemin. in tract. de banni. in 3. parte 2. temporis, quest. 3. dicet Iacob. de Arena aliter dixisse, prout etiam alter refert Ioan. And. Attamen quicquid ipse dicat, communiter refertur, prout dicit Ioan. Andr. & sequuntur alii, quos refert Alex. in d. §. sublata, & iterum eandem tenuit in consil. 37. viso & opportune discussio, colum. 2. vol. 2. & eandem conclusionem sequuntur etiam late recentiores in eodem §. sublata. Rationes autem, quibus hæc opinio confirmatur & substituetur, sunt tres: Prima est, quia quando processus ab eo, cui lex prohibet ius reddi, vel denegat audientiam, in eius fauore factus est, licet de hoc non opponatur

De Executionibus, Tractatus. §. 3. 105

tar à parte, ipsa tamen lex vel statutum obiicere dicitur, ex quo factus est contra eorum prohibitio- nem, & ideo nullus esse debet. *I. non dubium. C. delegib. & Liubemus, §. sane. C. de sacrosan. eccl. S.* Secunda vero ratio est, quia in omni iudicio ut actor interueniat & reus, necesse est, *c. forus, extra de verb. significatio. & l. 2. in princ. C. de iuram. calum. & l. 1. C. delitii contesta.* Sed ipse bannitus agens est inhabilis statuto vel lege prohibente eum audiri: merito cum in tali iudicio actor deficiat, subsistere non potest. Paria namque haec sunt, non adesse, vel inhabilem adesse, *l. 1. §. fin. quod cuiusque vniuer. nomi. & l. quamvis. §. si cum esset. ff. ad Velleian.* Tertia & ultima ratio est, quia paria sunt, denegare alicui agendi potentiam sui ipsius causis vel fauere, ut dicitur de pupillo sine tutori, vel ipsius odio: ut in bannito seu cef- fiente, ut contrariorum idem ius sit. *l. si ff. de leg. 3.* Sed sic est quod in primo casu iudicium est nullum. *l. 1. & 2. C. qui legit. perso. hab. & l. cum & minores. C. si aduers. re iudic.* Ergo idem multo magis dicendum est in secundo casu. *c. odia, de reg. iur. in 6.* Hanc conclusio- nem sequitur Aret. in *l. ait Prato. in princ. in versic. li- mita, vt per Imo. in d. §. sublata. & clarius in consil. 85. in 2. dubio, colum. 3. licet ipse Aret. opinionem Bart. se- qui videatur in l. necessarius ff. de acquir. hered. vbi in 3. notab. ponderat illum tex. ibi, vt in eos actio non detur pro opinione Bart. & in l. generaliter, in 2. col. ff. de verb. oblig. respondendo ad tex. in d. mercalem. Cod. de condi- ctio. ob turpem causam.* Verum Aretin. in *d. consil. 85.* vtranq; opinionē substiner conatur. Et ideo dicit conclusione Bart. quae est, ut tunc processus sit nul- lus & sententia, si exceptio opposita sit, tūc proce- dere, cum statuta vel leges ipsos petentes inhabiles non reddunt, cui prohibent ius reddi & audi- entiam denegant: sed alia de causa, quae non ipsos, sed causam respicit: cum vero statuta vel leges actores inhabiles reddendo audienciam denegant, & ius reddi vetant, procedat secunda Ioan. Andr. opinio: videlicet, ut iudicium non valeat, nec sententia. Ra- tione autem differentiae eam esse arbitrantur, quia in primo casu Bart. eiustie conclusione adest actor, in quo potest fundari & subsistere iudicium: in secunda vero, & sic in opinione Ioan. Andreæ, ille deficiat, in quo iudicium fundari possit. Hæc tam- men ratio difficultatem tollere non videtur, quia Bart. in *d. §. sublata, & in l. nam & postea, in princ. ff. de iureur.* idem esse dicit, siue inhabilitas personam respiciat, siue causam. Vnde Alex. in hac perplexitate sibi contrarius in *l. eleganter. §. si quis post, in fine. ff. de conduct. indeb.* inquit predicta Bart. opinionem communiter receptam esse. Quæ sane multorum authoritate comprobatur, eam namque sequitur Iacob. Butrig. in *l. adulteram. C. de adult. & Ioan. And. in c. statutum. §. 1. de rescrip. in 6. in gl. in versic. nec audia- tur. & Ang. in l. 4. C. pro empto. & Bal. in l. per banc. col. 5. in versic. item pone exemplum. C. de temp. appellat. & in l. peremptorias. in versic. secundo opponitur. C. senten- rescind. non posse.* Cum enim dicat huiusmodi exce- ptionem post sententiam opponi posse, ut illam va- lidam præsupponat, ex consequenti dicendum est, idem dixit Bal. in *l. 1. versic. secundo fallit. C. de iur. & fa- cit ignor. & Ioan. de Imo. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. & Nellus in tract. banni. in 3. parte secundi tempo- ris, vbi dicit idem voluisse Alber.* Et ideo in terminis nostris videtur, quod talis sententia subsistat, & quod cessans eius executionem petere possit, vbi-

cunque cessans esse desierit satisfaciendo suis cre- ditoribus, poterit igitur Iudex ex suo officio oppo- nere talem exceptionem, etiam quod à parte op- posita non fuerit.

C A P. LXXII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

1. *Officiales hodierni eam tantum autoritatem ha-*
bent, que eis à legibus municipalibus vel statutis
concessa est.

Limitatur præcedens conclusio, ut non habeat locum † hodie in officialibus ciuitatum, pro- pterea quod eam tantum iurisdictionem habent, quæ eis statutis seu legibus municipalibus conces- sa est, ut inquit Bal. in *auth. cassa. C. de sacrosanct. eccl. & Ioan. And. in additio. ad Speculat. in tit. de syndico.* poterit super bac conclusione cogitari, cum videatur eis iu- risdictione limitata.

C A P. LXXIII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

1. *Iudex ex officio debet reiucere accusationem factam*
ob turpem causam.

Quodagemonō limitatur, † quia iudex ex *§.* suo mero officio accusationem ob turpem causam factam reiucere debet, ut videtur text. in ter- minis in *c. significante, extra qui mat. accus. poss. vbi in- quirit Abb. nu. 4.* accusationem iniustum ob turpem causam admittendam non esse. Ratio autem est, quia accusatio ob turpem causam admitti non de- bet. Vnde inquit D. nonnullos ibi velle, vt in ter- minis illius *c. accusatores repelli possint*, videlicet si accusatur matrimonium quæstus causa factum Nam in huiusmodi materia, in qua matrimonium quæstus causa accusatur, & ideo periculum animæ imminet. Iudex ex suo officio accusationem rei- ceire debet. Verum querit ibidem, qualiter & quo- modo probari possit, quod in terminis illius *c. illa mulier, quæstus causa accusationem fecerit?* Et di- cit id mediatotibus & testibus, quos ipsa ea de cau- sa corrumpere voluerit, probari posse. Vnde Iaf. in *l. generaliter, num. 4. de verb. oblig.* inquit ad officium iudicis pertinere actiones de rebus turpibus dene- gare vel promissis, ut voluit Bal. in *c. 1. §. item sacra- menta. colum. 3. extra de pact. iuramen. firman.* Et ideo inquit, bonos Praesides mandare consueisse iura- menta minorum & violentas extorsiones deleri, & id sæpe in facto obseruari à iudicibus vidisse.

C A P. LXXIV.

A R G U M E N T U M.

Officium suum Iudex non roga-
tus impartiri potest repellendo exce-
ptionem vi statuti inadmissiblem.

S U M M A R I A.

1. *Iudex ex suo officio repellere potest exceptionem, si rei-*
vi statuti eam opponere prohibetur.

2. *Expen-*

² *Expensis iudex condemnare potest, si reus vi statutorum exceptionem opponere prohibeatur.* ¹ *Iudex, quando posse in expensis multare, etiam quod non petatur.*

Quinquagesimo limitatur in reo, qui ex forma statuti exceptionem opponere non potest, si ¹ *opponat, iudex tamen ex suo officio eum repellere potest, ut inquit Innoc. in c. cum olim, extra de censib. & sequitur Anton. à Butrio in c. cum dilectus, extra de consuetudine & Andri. Barbat. in l. 4. §. Cato, col. 4. in fine ff. de verb. oblig.* Imo quod plus est, potest etiam tamen in expensis multare, & si id non petatur, *vt notat Bal. in c. ex parte, col. penult. in si extra de rescrisp.* & iterum tradit *Bal. in c. bona, col. 1. extra de postula. prælato. & Francisc. Niconit. in c. quoniam contra falsam, in glos. 1. num. 118. & 119. extra de probatio.* Hæc autem limitatio plurimorum statutorum causa notanda est, quibus cauetur qualsdam tantum exceptiones obici possesse *ut supra retulimus, & etiam retuli in mea praxi iudicaria, in §. 31. c. 20. & 21. cum seqq.* Illas namque, quæ vere excluduntur, iudex ex suo officio parte etiam non opponente reiicere potest & debet.

C A P. LXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

¹ *Iudex ex suo officio, tertium particulare iudicium mouentem reiicere potest.*

Quinquagesimo primo limitatur, quia ut inquit Castren. in l. si quis libertatem, num. 8 ff. de petit hered. Iudex tertium tamen reiicere & expellere a limine iudicii potest & debet, qui iudicium particulare mouet. & mouetur per illum tex. in princ. ibi, non debet iudex. Et licet Ang. reprobat Bart. ob id quod errauerit, ex quo hæc est ordinis exceptio, quam iudex ipse ex suo officio & autoritate opponere non potest, ex quo interesse non prætendit, sed ut a parte opponatur expectate debet, *ut habetur in l. si unus. §. pactus ne peteret, & in glos. in vers. opponendo ff. de pact.* Paul tamen Castren. inquit de hoc curandum non esse, sed cautius esse amplecti & sequi Bart. opinionem.

C A P. LXXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

¹ *Iudex ex suo officio potest aduersarium inhabilem repellere, quando reus ob eius odium & pœnam non potest.*

Quinquagesimo secundo limitatur, vbiunque reus ob eis odium & culpam aduersariū inhabilem reiicere & excludere non potest: iudex tamen in eo casu illum expellere & reiicere potest & debet, *ut voluit Abb. per illum tex. iuncta gl. in c. nulli episcoporum, extra de accusatio.* quem sequitur *ibidem August. Berou. num. 3. & Ang. in l. quos prohibet, num. 1 ff. de postulan.*

C A P. LXXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

¹ *Iudex ex officio suo potest inquirere de offensa alicui*

illata, si fortasse ei audientia denegetur è statuto propter odium vel pœnam tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

Quinquagesimo tertio limitatur in eo casu, in quo alicuius à statuto ob odium vel pœnam tam in ciuilibus quam in criminalibus audientia denegetur: Nam tunc iudex tamen ex suo officio inquirere potest de offensa illi illata *ut inquit Abb. in d. c. nulli episcoporum, extra de accusatio.* & sequitur *ibidem August. Berou. num. 3. & 5.*

C A P. LXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

¹ *Iudex ex suo officio indignos reiicere potest.*

Quinquagesimo quarto limitatur, quia iudex tamen ex suo officio indignos repellere potest, *ut inquit Abb. in c. dilecti filii, num. 12. extra de exceptio.* Et licet Innoc. in c. intimauit, *extra de testibus*, de illis intellecterit, qui testimonii indigni sunt, & ideo ab eo repellantur: Abb. tamen eodem in loco idem quoque esse & locum habere in aliis iudicibus actibus existimauit, & firmandum arbitratur, *habetur in c. exceptionem, extra de exceptio.* & *id inquit comprobari optimo tex. iuncta gl. in d. c. querendum, & in d. c. qui sunt.* ² *quest. 7.* Imo etiam id iudici licere subdit, si aduersarius ob suum delictum excipiendi facultate priuatus sit, *ut voluerunt glos.* & Innoc. in d. c. nulli episcoporum, *extra de accusat.* & tradit *gl. in c. alieni.* ² *quest. 7.*

C A P. LXXIX.

A R G V M E N T U M.

Officium suum iudex non rogatus impartiri potest, vel processum super literis subrepticiis agitatū casare possit.

S V M M A R I A.

¹ *Iudex ordinarius ex suo officio processum factum super literis subrepticiis, ad beneficia obtinenda irritare & annullare potest.*

² *Beneficia quis habere & tenere non potest sine peccato.*

³ *Beneficium qui tenet cum peccato, illud renunciare debet.*

Quinquagesimo quinto limitatur quia iudex tamen ordinarius ex suo officio processum agitatum & factum super literis subrepticiis ad beneficia obtinenda irritare & annullare potest, *ut inquit Abb. in c. ad audientiam, num. 11. extra de rescrisp.* Ratio autem est, quia tamen quis huiusmodi beneficia sine peccato tenere non potest, cum in his spiritualibus omnis puritas adesse debeat, & omnis prauitas seu iniquitas abesse, *c. quam pio. 1. q. 2. & c. si. extra de pact.* Subdit tamen Abb. eodem loco, Innoc. in c. caterum, *extra de rescrisp.* nonnullos referre, qui iudicem ex suo officio procedere non posse arbitrantur, ex quo sententia iudicialiter prolata fuit, & illum qui beneficium tamen cum peccato retinet, illud renunciare debere: & contra eum per denunciationem Euangelicam etiam partem ipsam agere posse, nisi fortasse scienter literas illas recipiat, sciatque literas esse

De Executionibus, Tractatus. §. 3. 107

esse subrepticias: eo namq; casu receptio, tanquam à capitulo facta substitetur.

C A P. LXXX.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, ut repellat agentem ex nullitate contra duas conformes vi statuti.

S U M M A R I A.

- 1 Index ex suo officio potest repellere agentem ex capite nullitatis contra tres vel duas conformes.
- 2 Index ex suo officio potest agentem reiicere, quando verba legis vel canonis super actoris repulsione iudici diriguntur.
- 3 Adversarius officio iudicis reiiciendus est: etiam si ille, qui obtinuit sententia executionem, non petat.

Quinagesimo sexto limitatur, ex quo Iudex ex suo officio agentem ex capite nullitatis contra tres conformes vel duas in illis locis, vbi vi statutorum duæ conformes faciunt rem iudicataim repellere potest, ut inquit Card. Zabarel. in clemen. vt columnis, de senten. & re iudic. num. 16. per ea quæ voluit glos. in verbo, admittatur, per verba eiusdem Clementinæ, dum ad iudicem diriguntur: Quandoquidem cum verba legis vel canonis aut statutorum ad actoris expulsionem in iudicem diriguntur, etiam parte non excipiente, potest index agentem repellere, & id comprobatur ex iis, quæ notantur in l. si foror. C. de collatio. & ex iis, quæ dixit idem Zabarella in c. 2. extra de officio iudic. & idem videtur confirmare Paul. 3 Castren. dum vult, ut etiam si victor & sententia executionem non petat, adhuc tamen aduersarium iudicis officio reiiciendum esse, argumento tex. in c. exceptionem, extra de exceptio. & in l. quos prohibet ff de postulan. Idque dicit confirmari verbis dictæ Clementinæ, ibi, nullatenus admittatur. & ad id inquit inspiciendum esse illud, quod notat Bar. in l. 1. ff ad Senatus cons. Maced. & in l. 2. ff ad Senatus cons. Velleian. & in l. 1. ff ad Senatus cons. Trebell. de eo, cui à lege dengatur actio. l. 1. C. sentent. rescindi non posse.

C A P. LXXXI.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Index ex suo officio debet & potest illud. amouere, vel reiicere, quod videt & cognoscit ad litis dilationem & protelationem fieri.

Quinagesimo septimo limitatur, quia & Iudex ex suo officio ybicumque videt & cognoscit aliquid ad litis & iudicii dilationem & protelationem fieri, illud reiicere & amouere potest, etiam si à parte non petatur, ut inquit Paul. Castren. in l. properandum, num. 7. C. de iudic.

C A P. LXXXII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Index ex suo officio potest punire iniuriam inferentem excommunicato.

Quinagesimo octavo limitatur ex eo, quod ybicumque quis & excommunicato iniuriam infert, & si excommunicatus contra iniuriantem agere non possit, Iudex tamen ex suo officio huiusmodi iniuriam inferentem tanquam delinquentem punire potest, ut inquit Petr. de Anch. in c. cum inter. extra de exceptio. pertex. in d. l. item apud Laborem. §. ait pretor. ff. de iniur. & dicit id voluisse Oldr. Lauren. & Pileum de Medicina, & Bal. in d. l. quos prohibet. C. de postulan. & in c. 1. in verbo, absentia, de elect. in 6. & tradit Barbat. in consil. 7. col. 10. num. 29. vol. 2.

C A P. LXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

- 1 Index ex suo officio nulliter agentem repellere potest.

Quinagesimonono limitatur, quia Iudex parte etiam non petente & ex suo officio nulliter agentem repellere potest, ut inquit Comes. in 4. quest. regule de anna. possess. per ea, quæ voluit Bar. in l. vbi pactum. C. de transactio. & in d. l. si unus. §. pactus ne peteret, poss. gl. ibi. ff. de pact. & Castren. in l. etiam. §. item a debitore ff. de petit. hered.

C A P. LXXXIV.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, repellendo à procuratorio inhabilem.

S U M M A R I A.

- 1 Index ex suo officio etiam nemine opponente potest inhabilem ab officio procurandi remouere.
- 2 Procuratorem inhabilem iudex ex suo officio remouere potest, ac etiam negligenter circa domini negotia.
- 3 Episcopus officio suo propter nimiam severitatem renunciare compellitur.
- 4 Dominus, qui male tractat seruum suum, eo priuat.
- 5 Index male administrans officium suum, eo priuat.
- 6 Pater male tractans filium suum, eum cogitetur emancipare.
- 7 Maritus si male tractat vxorem suam, fit separatio habitationis & thori.
- 8 Collectarius si male tractat ecclesiam in officio collectandi, eo priuat.
- 9 Procuratorem qui non habet mandatum, iudex ex suo officio repellere potest.

Sexagesimo limitatur, quia iudex & ex officio suo nemine etiam de hoc opponente quempia inhabilem ab officio procurandi repellere ac remouere potest, ut inquit Gemini. in cap. 1. num. 5. de procur. lib. 6. & voluit Cassan. super constit. Eurgun. §. 6. in tit. de maintenir en bon. & conuenable estat. num. 10. & 11. per ea quæ voluit Bal. in l. qui stipendia. C. de procuratum inquit iudicem & ex suo officio circa domini negotia negligenter remouere posse, ut est text. in l. si remunerandi. §. Maurus. ff. mand. & in l. fin. C. de administr. tut. & in l. fin. ff. vbi pupil. edoca. debet. & in l. nec enim. §. fin. ff. de suspect. tuto. Et ideo dixit Innoc. in c. nisi cum pridem. §. pro graui, extra de supplen. neglig.

pral.

3 prel. quod licet episcopus† officio renunciare non cogatur: attamen ob suam seueritatem quemlibet suo episcopatui renunciare cogi posse, ne ea ratio ne suum officium gerat. Et ideo dixit Bartol. in l. i. in fine ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. quod quemadmodum† dominus, qui male tractat seruum suum, eo priuatur: ita etiam & † iudex, qui se in suo officio male gerit, eo priuari debet, prout refert etiā Ias. in additio ad Port. in addition. 4. In fit. de his, qui sunt sui vel alieni iur. Et facit text. in l. fin. ff. si quis à paren. fuer. manu. vbi habetur, † patrem qui male tractat filium suum, eum emancipare cogendum esse. Facit præterea & illud quoque, quod habetur in t. literas, ex tra de restitutio. p. foliat. vbi dicitur quod † si maritus male tractat vxorem suam, cogitur facere separationem habitationis & thori, & habetur etiam in c. ea quæ, extra de censib. vbi expresse habetur, collectaneum † qui male Ecclesiam træctat, officio collectandi priuadum esse. Præterea idem voluit Barbat. in consil. 35. colum. 4. num. 14. volum. 2. per text. in l. eum qui res agit. C. de procurat. Vbi iudex ex suo officio remouet procuratorem negligentem, & latius ibidem ad hoc mula adducit. Illud etiam hic adnectendum est, Iudicem † ex suo officio procuratorem, qui mandatum non habet, repellere posse, per ea quæ tradit Felin. in c. causam quæ in princip. extra de re iudic.

C A P. LXXXV.

A R G U M E N T U M.

Officium suum Iudex non rogatus interponere potest, remouendo executorem negligentem ab officio.

S Y M M A R I A.

1. Iudex ex suo officio executorem ab officio exequendi remouere potest ob suam negligentiam.
2. Conductor male agens contra vnam rem, priuatur tota conductione.
3. Vnus & individuus contractus quando dicatur.
4. Emphyteuta plurium rerum in uno contractu, qui male versatur in vna, ab omnibus cadit.
5. Conductor licet infra tempus conductionis à domo vel re conducta expelli non possit, non tamen habet locum in conductor, qui male versatur in re conducta.
6. Emphyteuta licet expelli non possit durante tempore conductionis, id tamen locum non habet, si in re emphyteutica male versetur.

S Exagesimo primo limitatur in executori, quia Iudex † ex suo officio executionem à suo officio ob eius negligentiam remouere potest, ut inquit Bal. in d. l. eum qui res agit. C. de procur. & Barbat. in d. consil. 36. colum. 4. num. 14. volum. 2. per tex. in d. l. si vero non remunerandi. §. Maurus. ff. mandat. & in l. fin. C. de administ. tuto. & in l. fin. ff. vbi pupil. educā. debe. & in l. nec enim. §. fin. ff. de suspect. tuto. Regula namque est vulgatissima, ut abutens, maleue se gerens in re, in qua versatur, ea priuandus sit. Ex-

emplum enim in conductore, ut inquit Andr. Barbat. in d. consil. 36. ponit potest, dum inquit conductor & male etiam in vna re versatum, tota conductione priuandum esse, cum vna est conductio, quæ plures res continet. Nam tunc vnum tantum contractus dicitur, & ille quidem individuus: & ideo reus in uno factus, in omnibus factus intelligitur: Id quod comprobatur ex iis, quæ voluit Bal. in l. cum eiusdem. ff. de adilit. edicto. dum inquit emphyteutam & plurium rerum in eodem contractu contentarum, si in vna male versatus sit, ab omnibus cadere. Et facit optimè tex. in l. adem. C. locati. & in c. propter sterilitatem, extra eod. tit. Vbi expresse habetur quod licet conductor & in tempore conductionis à domo conducta funduc, aut quavis alia re conducta expelli non possit: in eo tamen casu huiusmodi conclusio locum non habere, vbi conductor in re conducta male versatus sit, ut est text. in auth. qui rem. C. de sacros. eccles. Vbi licet emphyteuta & subsidente sua conductionis tempore remoueri non possit: in casu tamen, in quo male revertetur re emphyteutica, repellri potest. Et ideo dixit Bal. in l. diuortio. §. si fundum ff. sol. matrimon. in facto respondisse, quod si propter arborum incisionem fundus deterior factus sit, emphyteutam ab ipso emphyteutico iure cecidisse intelligendum esse.

C A P. LXXXVI.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- i. Aduocatum inhabilem iudex ex suo officio remouere potest.

S Exagesimo secundo limitatur in aduocato: Nam iudex † ex suo officio aduocatum inhabilem ab officio & munere aduocationis remouere potest, ut inquit Andr. Barbat. in tract. de testib. num. II. & Ang. in d. l. quos prohibet. num. I. ff. de postulan.

C A P. LXXXVII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- i. Aduocatum, an infamis sit, iudex ex suo officio interrogare potest, & ipse respondere tenetur.

S Exagesimo tertio limitatur iterum in adiūcato: Nam Bar. in l. omne. ff. de offic. assess. ex glos. in verbo, postulatio, notandum inquit, Iudicem † ex suo officio aduocatum interrogare posse, an infamis sit, ipsumq; respondere omnino obligatum esse, eumque Doct. sequi videntur. At Decius ibi ait illam gl. id non dicere. Primum namque dicit, iudicem, an infamis sit ille, qui postulat, inspicere debere: deinde vero subdit, eum interrogare debere ad veritatem indagandam & sic secundum dictum à primo separatum esse. quo sit ut secundum dictum ad primum referri non debeat, nec possit, quin an sit infamis, interrogetur, & ita intelligunt Raphael. & Fulgos. & Salic. ibi. Si enim glos. illud, quod inquit Bar. voluerisset, utiq; minus re esse loqueretur, quandoquidem quis suam turpitudinem propalare cogendus non sit, ut inquit ibi Bar. & iterum in l. 2. §. quid obseruari, col. 2. C. de defuram. calum. & in l. Marcellus. ff. rer. amo. & in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iure iur.

C A P.

C A P. LXXXVIII.

A R G V M E N T V M .

Officium suum Iudex non rogatus interponere potest, excipiendo aduocatum loquacem.

S U M M A R I A .

- 1 Iudex ex suo officio aduocatos verba potius effundentes inania & inepta, quam quod clientes defendant, interrumpere & reprehendere potest.
- 2 Iudex contra aduocatum & partem opponere potest.
- 3 Iureconsultorum multa.

SExagesimoquarto limitatur iterum in aduocatis: Nam, ut inquit Matth. Afflīct. super constitutionib. Regni, in Rubr. 44. de cauf. in iudic. cit. decid. num. 1. 2. Iudex † ex suo officio aduocatos valde loquaces multaque verba potius orandi modo, quam causas patrocinandi, reprehendere & interrumpere potest & debet, ut inquit etiam Andr. de Isernia ibidem, finemque prolixis & futilibus eorum disceptationibus interponere, ut inquit Iureconsul. in l. proxime, in fin. ff. de his qua in testam. delent. Si vero apte & concilenter loquantur, benigne ac patienter eos audire debet, ut habetur in l. quisquis. §. penult. C. de postulat. Et ideo subdit Iudicem † tunc opponere etiam debere & posse contra partem coram eo differentem, eiusue aduocatum, ut est text. in l. Offidius. ff. de legat. 3. & optime facere inquit illud Boet. 1. de consolat. quem refert Lucas de Penna in l. 1. C. de lucr. aduoc. dum ibi ait. Miror quemadmodum religiose aures audire festinent huiusmodi aduocatorum disputationes, pugnasque verborum, quæ magis ad subuersione causarum proficiunt, &c. Et ideo subdit ibidem Afflīct. esse nonnullos iuuenes aduocatos, quibus nihil in iure dubium, aut ab eis nō excogitatum est, plane questiones ex arbitrio inferunt, & tenebras, prout ad eorum causas faciunt & obscuritates infundunt, ut habetur in Authen. constit. qua ex ascript. coll. 5. Hi enim propter nimiam subtilitatem saepe decipiuntur. c. huic, 49. distinctio. vocanturq; , ut inquit ibidem Afflīctus, callidi & factui, ut in eadem Auth. §. primo, & tradit Lucas de Penna in l. 1. colum. 3. in fine. C. de professo. qui in vrbe Constanti- nopol. lib. 12. Hanc præterea opinionem, de qua supra diximus, sequitur Ias. in d. l. omne, num. 3. ff. de offic. assēf. dum vult authoritate glof. ibi Iudicem aduocatis silentium imponere posse, & addit text. in l. Imperator, & in l. silentium ff. de postulan. Imo dixit glof. singularis in l. ex ea. ff. eodem tit. de postulan. Iudicem priuare posse aduocatum aduocadi munere, quando nimium verbosus est, licet Ias. an id verum sit, 3 valde dubitare asseueret. Verum de huiusmodi aduocatorū loquacitate meminit. Cicero libro primo, de oratore, dum ait: Tu libellis aut præceptis loceri tui causam M. Curii defendisti, non arripiuisti patrocinium equitis, & defensionem testamentorum ac voluntatis mortuorum: ac mea quidem sententia (frequens enim te audiui atque adfui) multo maiorem partem sententiarum sale tuo & lepore & politissimis facetiis pelleexisti: cum & illud nimium acumen illuderes, & admirere ingenium Scæuolæ, qui excogitasset nasci prius oportere quam emori: cumque multa colligeres & ex

legibus & ex Senatusconsultis, & ex vita & sermone communi non modo acute, sed etiam ridicula ac facete. Vbi si verba, non rem sequeremur, confici nihil posset. Itaque claritatis plenum indicium, ac latitiae fuit: in quo quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit, non intelligo. Dicendi certe ius egregia summa festiuitate, & venustate coniuncta profuit. Plane ex his manifeste appareat in Iureconsulto prorsus damnabile non esse, si aliquando longius & iocundius coram iudice vagetur. Verum redeundo ad illos aduocatos, quos iudex ex suo officio munere aduocationis priuare potest ac solet, inquit Aulus Gellius Noctium Atticarum, libro primo, cap. 22. Memini ego Prætoris docti hominis tribunali me forte assistere, atque ibi aduocatum non incelebrem, sic postulare: ut quam causam dicere, remque quæ agebatur non attingeret: tunc Prætorem ei cuius res erat, dixisse aduocatum eum non habere: & cum is, qui verba faciebat reclamasset, ego illi vit clarissime supersum, respondisse Prætorem festiuit, tu plane superes, non ades, ut voluit Cicero in libro qui inscriptus est de iure ciuili in arte redigendo. Ea autem fuit antiquorum Iureconsultorum, non aduocatorum authoritas. ut non solum à iudicibus non deluderentur, sed eorum responsa iudices sequerentur, ut inquit Cicero libro primo, de oratore. Galba autem alludens varie & copiose multas similitudines afferre: multaq; pro æquitate contra ius dicere, atque illum cum differendo par esse non posset (quamquam fuit Crassus in numero disertorum, sed par Galbae nullo modo) ad authores configuisse, & id quod ipse diceret, & in P. Mutii fratri libris, & in Sex. Aelii commentariis scriptum protulisse, ac tamen concessisse Galbae disputationem sibi probabilem, ac prope veram videri: Attamen quæ causæ sunt eiusmodi, ut de earum iure dubium esse non possit, omnino in iudicium vocari non solent. Fuerunt etiam tres Labeones, maxima iuris ciuilis scientia prædicti: sed unus omnium doctissimus Antistius Labeo, qui cum Cæsare Augusto vixit Trebatii teste discipulus non iuris modo, sed totius quoque antiquitatis, omniumque artium peritissimus, & plane polyhistor, ut refert Gellius, Augusto non admodum carus propter magnam ingenii linguæque libertatem.

C A P. LXXXIX.

A R G V M E N T V M .

Officium suum Iudex non rogatus imponere potest, ut ex causa partibus silentium imponat.

S U M M A R I A .

- 1 Iudex ex suo officio partibus silentium imponere potest.
- 2 Actor si cognoscat male egisse potest à iudice petere, ut sibi silentium imponatur etiam si aduersarius petit procedi in causa.

SExagesimoquinto limitatur, quia Iudex † ex suo officio partibus silentium imponere potest, ut inquit glof. in l. Offidius, in ver. suo. ff. de lega. tertio. Imo subdit etiam Ias. in d. l. omne, num. 3. ff. de offic. assēf. quod si fortasse actor † male egisse cognoscat, po-

K test

test à iudice petere, vt sibi silétiū imponat, & aduterariū in causa econtra à Iudice efflagit & cōtendat, vt voluit Specul. in §. nunc. ostendendum, post princ. in tit. de libel. conceptio. quem valde commen-dat & extollit Bald. subdens neminem id attingere, in l. si quis libellos. C. de appellat. Effectus autem huius dicti propter authen. qui semel. C. quomodo & quan-do iud. magnus quidem est.

C A P. X C.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex ex suo officio recepta sua mercede aduocatum ad consulendum compellere potest,

SExagēsimō sexto limitatur, quia iudex † ex suo officio recepta competenti mercede aduocatos ad consulendum compellere potest, ut inquit Cassa. super constitutio. Regni, in 4. rubr. le mary & le femme. §. 7. num. 37. versic. aduerte, quia, vbi subdit idem tenere Affict. super constitutio. Regni Siciliae, qua incipit, ut vniuersis, in princip. glos. 7. & dicit supra etiam posuisse in titulo, des iustices, in §. Messiers & sergens, in gl. 1. in versic. an quis cogatur.

C A P. X C I.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, vt aduocatos & procuratores litigantibus accommodet.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex ex officio procuratorem & aduocatum dare potest minoribus.
- 2 Mercedem competentem soluendam esse, semper intelligendum est.
- 3 Iudex, an agere possit aduocatum, ut gratis exhibeat patrocinium alicui pauperi.
- 4 Aduocato licet vendere patrocinium, & iurisconsulto iustum consilium.
- 5 Aduocatos ex publico salario recipientes plereque ciuitates & castra bene instituta habeat, vt pauperibus patrocinium praestent.
- 6 Aduocatus, qui non praefat gratis suum patrocinium pauperibus, an peccet.
- 7 Iudex diuitibus aduocatum dare, an teneatur.
- 8 Indefensus nemo apud antiquos Romanos esse debet.
- 9 Merces conyua aduocati, qua dicatur.

SExagēsimō septimo limitatur, quia iudex † ex suo officio dare debet procuratorem & aduocatum minoribus casu quo eos nō reperiret. l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconsul. & tradit Roman. in singul. 462. num. 1. Id autem legibus & statutis municipalibus in bene institutis ciuitatibus vel castris constitutum est, vt extat statutum huius ciuitatis sub Rub. 10. Quod datur procurator vel adiunctus cuilibet, dum in eo dicitur: Quilibet rector, vel iudex forensis ad iustitiam constitutus, teneatur, & debeat parti per se vel alium dare aduocatum & procuratorem in

causis ciuilibus & criminalibus sive mixtis, non solum ad defensam, sed etiam ad offensam, & quilibet aduocatus & procurator, qui legitimam causam inimicitia particularis grauis vel consanguinitatis, affinitatis, vel necessariae absentiae, qua incontinenti sequi deberet, vel aliquam legitimam causam non haberet, teneatur dictum officium acceptare sub pena libraru[m] centum: & omnibus iuriis remediis ad predicta cogi posse, excepta causa sanguinis reo in fortiam constituto: Contra quem nec dari, nec datus cogi posse inuitus, & predicta rector, quilibet & iudex seruare debet sub pena periurii & libraru[m] centum. Et licet in hoc statuto de mercede nihil dicatur: † vt tamen merces debita soluatur, intelligendum est, Alber. enim in l. nec quicquam. §. obseruare, num. 3. ff. de offic. proconsul. & lega. quærrens, an iudex † aduocatum vel procuratorem ut patrocinium suum alicui pauperi gratis exhibeat compellere possit: inquit compelli posse non existimare: nec vt possit irre cautum reperiri. Aduocato † namq[ue] patrocinium suum vendere licet, & iurisperito suum consilium. c. non licet. II. quest. 3. & c. non sane, 14. quest. 5. Et ideo tūc ex publico mercede seu salariū non recipiet, vt notat glos. in l. 1. §. ait prætor. ff. de postul. Verum in plerisque ciuitatibus, † castrisue bene institutis, sunt aduocati & procuratores ex publico stipendia recipientes: ad hoc deputati, vt pauperibus & aliis egenis suū patrocinium impartialiantur: Existimare tamen subdit, † Aduocatos vel procuratores, qui gratis pauperibus patrocinium non praefant peccare, vt latius tradit Alber. à Rosate in l. vnica, versic. item quārō, vtrum Aduocatos, in fine. C. de suffrag. Existimat etiam eodem in loco, Iudicem, Aduocatum vel procuratorem diuitibus † dare non teneri, contrarium tamen videri ex generalitate illius §. ait prætor. in l. 1. ff. ad postulan. In hac autem ciuitate constitutum est in Curia Mag. DD. legum conservatorum, in qua lites & causæ miserabilium personarum pertractantur, vt pro sex mensum, vel anni spacio Aduocatus sorte ex numero Aduocatorum extrahatur: Procuratores vero in qualibet causa, prout rescripto Principis ibi agitari contigerit probata prius paupertate: & id quousq[ue] omnes extracti sint, quibus omnibus extractis & iterum in loculum redactis idem ordo seruatur. Illud etiam omittendum non videtur, idem apud antiquos Romanos † usurpatum fuisse: neminem namque indefensum relinquendum censuerunt, Teste Cicero in oratione pro Murena. Dum etiam supra diximus, Iudicem Aduocatum cogere non posse ad suum patrocinium præstandum, nisi congrua & conuenienti mercede recepta, † id inspecta aduocati facundia intelligendum est, eiusue doctrina & existimatione litisue qualitate, patriæue & loci, vbi lis agitur consuetudine, vt inquit Abb. in cap. 1. extra de officio iudicis. excipientes pauperes, quibus gratis patrocinium præstandum esse arbitratur, vbi Felinus etiam late tradit, & copiose etiam Ias. in l. eum qui res, colum. penult. ff. de procurat. Illud etiam, vt supra diximus, omittendum non est, Iudicem in dandis Aduocatis & procuratoribus potissimum inspicere & curare debere, ne inimicum det, vel econtra valde amicum, vt est text. vbi tradit etiam gl. in d. l. 1. §. ait prætor. ff. de postulan. & de his loquitur August. Berous in suo tractatu questio. familia. quest. 40. num. 5.

C A P.

De Executionibus Tractatus. §. 3. III

C A P. XCII.

ARGUMENTVM.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, vt vni litigantium edictionem procuratorii injungat, et si detectus eius non sit probatus.

S U M M A R I A.

- 1 Iudex ex suo officio potest cogere procuratorem ad exhibendum mandatum, vel cauendum de rato.
- 2 Iudex in iis, quæ redderent iudicium nullum, ex suo officio supplere potest.
- 3 Iudex concedere non potest, nec etiam efficere, vt sub hac protestatione litigetur, quod si non constet, quem esse procuratorem, iudicium sit nullum.
- 4 Processus agitatus cum falso procuratore, non est nullus quo ad priuicium falsi procuratoris.
- 5 Officium iudicis resultat ex verbis impersonaliter prolatis.

SExagesimo octavo limitatur, quia vbi cunq; illa exceptio, non habes procuratorum, post litem contestatam obiicitur: non obstante quod ius probandi talem procuratorem esse falsum opponenti in cumbat, Iudex † tamen ex suo officio, si velit huiusmodi circuitum tollere, maxime debet, vt inquit Anch. in consil. 386. num. 3. & Roland. à Valle in consil. 51. num. 6. volum. 1. & magis in terminis Cassa. in consil. 56. num. 17. & in consil. 67. num. 86. & Gozad. in consil. 65. num. 14. & Berou in consil. 120. num. 1. volum. 3. & Socin. iun. in consil. 33. num. 3. volum. 1. & in consil. 88. num. 1. eod. volum. Et ideo dicunt, quod ad hoc circuitus euitetur illa regula, si vinco vincentem te: & tradit etiam Socin. senior in consil. 28. num. 11. volum. 4. & Bertran. in consil. 48. num. 9. volum. 1. Ac prouidere ne tempus frustra labatur, & illud quod inde sequitur nullum sit, vt prædictis occurrat, cum processus cum falso procuratore factus sit nullus, potest eum qui se procuratorem asserit, ad exhibendum mandatum compellere: vel saltem eum cogere, vt de rato caueat: si de mandato dubius sit, vt voluit etiam Ang. in l. Pomponius. §. ratificationis. ff. de procurat. & Bal. in l. licet. in princip. C. de procurat. vbi late Alex. numero 6. & iterum Bal. in l. executionem, colum. 3. Cod. de probat. inquiens esse notabilem gl. in c. i. in verbo, absentia, extra de electio. & rursus idem voluit Bal. in auth. offeratur, colum. 3. C. de litis contesta. & in l. i. Cod. vt quæ defuncti aduocat. & Ang. in l. inter quos. §. alieno. ff. de damno infecto. & Ant. à Butrio in c. cum M. extra de constitut. vbi illam gl. valde notandam esse dicit. & Salic. in d. l. licet. in princ. C. eod. qui dicit di etiam glos. veram esse: vel quod loquatur cum pars amisit procuratorem, quia fuerat absens, vt ibi in tex. Paul. vero Castren. transit simpliciter cum ea glos. & inquit eam in fine, loqui indistincte. At Alex. in eadem l. licet, inquit illam glos. impugnari à tex. in §. alieno, in vers. quod si ei: secundum vnum intellectum, quem ponit ibi Bar. & eodem intellectu eam reprobavit Innoc. in d. §. alieno, in c. cum in iure, extra de officio deleg. adducendo regulam d. l. 4. §. hoc autem iudicium. Et ait illam regulam loqui & intelligi debere in causis spiritualibus, vt puta in causis electionum, in quibus iudicis officium exuberat. c. cum nobis olim, extra de

elect. Domin. autem à sancto Geminia. in d. c. i. distinctionem approbat illius gl. propterea quod ea, quæ iudicium nullum redderent, Iudex † ex suo officio supplere potest, vt notat gl. in c. cupiens. §. ceterum, in vers. contumacia, de elect. lib. 6. & gl. in l. 1. ff. de officio ass. cum similibus. Et ideo inquit eam lecturam, quam ponit Bart. in d. §. alieno, non procedere & haec fuit ipsam et ratio, quam deducit gl. in d. c. i. Subdit tamen Geminia. sub dubio forte, dici posse lecturam Bart. in d. §. alieno. substineri posse, non autem in hoc, vt Iudex † procuratore repellere non possit, sed in eo vt iudex non possit mandare iudicium esse nullum, si eum procuratorem esse non constiterit, vt notari ibidem Bart. Quia de hoc eius non interest, prout si pars ipsa opponeret, vt habeatur in d. §. alieno, in princ. & ibi tradit gl. Huic tamen rationi respondet Innoc. in d. cum in iure, & in d. §. alieno. quod licet iudex quando processus redditur nullus, supplere possit in hoc casu, ex quo processus † vndeque nullus non esset, Iudicem supplere non posse. Nam licet quo ad domini præiudicium, nullus sit: quo tamen ad falsi procuratoris præiudicium subsistit, vt notat glos. in l. si expressum, vers. prescriptio ff. de appellat. Hanc opinionem Alex. in d. l. licet, in princip. veriore existimat in casibus illis, in quibus processus & sententia contra procuratorem subsisterent. Propterea quod in illis glos. illius ratio cessat: in aliis vero non, vt ibidem latius prosequitur Alexan. Hanc præterea opinionem sequitur August. Berous in c. i. extra de accusatio. dum inquit, ne iudex in vanum laboret, parte etiam non opponente ex suo officio posse procuratore comprehendere ad mandatum exhibendum, velsi de eo dubitetur, cauendum compellere posse, vt voluit Aret. in d. cap. 1. extra de accusatio. dum ibi dicitur, in eo non fatigetur accusatus, & sic impersonaliter loquitur. Vnde in futur id etiam iudicis officio fieri posse, argumento l. prima. §. expilatores. ff. de expilato. Nam ex verbis † impersonaliter prolati officium, Iudicis inducitur. & glos. ibi exponit, non fatigetur accusatus, sed repellatur, id est officio iudicis. Sed animaduertendum est, Berou in hoc quo ad tepellendum procuratorem loqui. Præterea eandem conclusionem, quod iudex ex suo officio procuratorem ad ostendendum mandatum compellere possit, tenet etiam Andri. Barbat. in consilio 8. colum. 10. numero 3. volum. secundo, per text. in c. causam, quæ extra de iudic. & in cap. ecclesia. extra vt lite penden. & Petrus Duennas in regula 264. limita. 4. versu. & circa quam, dicit sequi Bal. in dicta l. licet, in principio. C. de procurat. & in d. l. eam exceptionem, codem titulo. & in authen. offeratur. C. de litis contesta. & in l. prima. Cod. quæ defuncti aduocat. & Angel. in l. Pomponius. §. ratificationis. ff. de procurat. & Panorm. in cap. causam quæ, il primo, numero tertio. extra de iudic. & in dicto cap. ecclesia, il primo, extra vt lite penden. & in cap. primo, & in c. nulli, extra de appellat. & But. & Barbat. in dicto c. cum M. extra de constitutio. & Castren. & Roman. in dicto §. alieno.

Verum Petr. Duennas contra hanc conclusio- nem inquit esse text. expressum secundum lectruram Bart. in d. l. inter quos. §. alieno, versic. quod si ei non cauebitur. ff. de damno infecto. vbi inquit Iudicem ex suo officio contrainabilitatem comparatis in iudicio apponere non posse. Et ideo Imola in d. §. alieno, reprehendit illam glos. quam etiam reprobavit inc.

cum in iure peritus, extra de offic. deleg. & mouetur eadem ratione, quod scilicet iudicium non sit fru- stratorium, ex quo executio contra falsum procu- rato rem fieri possit, ut habetur in l. Plautius. ff. de pro- cur. & in l. si se non obtulit. ff. de iudic. & tradit gl. in d. l. licet, in pr. in fi. & in l. si expreßim, in verbo, præscriptio- ne. ff. de appell. & d. gl. in verbo, absentia, in dicto c. r. ex- tra de appell. dicit communiter reprobari Feli. in d. c. causam que, num. i. extra de iudic. & hanc conclusionem vide- tur firmare Paul. Castrensi. in dicta l. licet, in principio, nu- mero 6.

His tamen non obstantibus, & aliis quæ contra illam glos. adducuntur, subdit Petr. Duennas ibidem illam glos. veram esse & communiter approbati, responderetque obiectis, ut ipse idem la- tius prosequitur, & inquit eam sequi Decium in d. c. causam que, num. ii. & num. 13. rursus dicit illam glos. frequentioribus calculis receperam esse: & quod eam se- quitur Roman. in consilio 67. num. 5. & Ripa in dicta l. quarta. §. hoc autem iudicium, numero 49. ff. de damno infecto, subditque iudicando & consulendo ab opinione illius gl. recedendum non esse, cum sit magis communiter approbata, ut inquit etiam Iacobinus à sancto Georgio in in d. l. licet, in principio. num. 9. C. de procur.

C A P. XCIII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum iudex non roga-
tus impartiri potest, vt aliquem co-
gat ad ostendendum possessionis sue
titulum.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex ex suo officio potest quem cogere ac compellere, vt titulum sue possessionis ostendat.
- 2 Nemo cogitur ostendere titulum sue possessionis.

SExagesimono limitatur, quia iudex † ex suo officio potest quem cogere ac compellere, vt dicat seu ostendat titulum sue possessionis, vt est text. & ibi tradit Bald. in l. in civile est. C. defuit. & refert Affl. in cap. primo. numero 90. in titulo de controuer. inue- stitut. Et si regula sit in contrarium, vt nemo † ad commodum actoris titulum sue possessionis osten- dere non teneatur. l. cogi. ff. de petitio. hered. & in l. spe- ciali. ff. de rei vendic. & l. minus graue. C. de testibus. & l. secunda. C. de probatio. & notat Innocen. in cap. secundo, extra def. seru. non ordinan. & tradit Affl. eodem in loco, numero 78. vbi ad hanc regulam plures alias ponit li- mitationes, vt ibi.

C A P. XCIV.

A R G V M E N T V M.

Officium suum iudex non roga-
tus impartiri potest, vt cogat reum
ad edendum actori.

S V M M A R I A.

- 1 Index ex suo officio reum vt edat actori compellere

poteſt, ſed id ex magna cauſa facere debet, & qua- do id procedat.

- 2 Actorum exempla ſunt illius qui ea ſuis pecuniis ex- extrahi curauit.

Septuagesimo limitatur, quia iudex † ex suo offi- cioreum ad edendum actori compellere & co- gere potest, vt inquit Imola in cap. i. extra de probatio. Verum id non ſimpliciter & absolute verum eſſe exiſtimat: ſed tunc demum ſi magna ſubſit æqui- tas: ut puta quia originalia aliquo modo non repe- riuntur. id quod voluit etiam Abb. ibidem, num. 21. & subdit Innocen. addidiffe id, niſi ex magna cauſa non audere reūm compellere, vt propria instru- menta edat, & ſic præcedens dictum limitare vi- detur: Et ideo ibidem inquit Abb. putare intentio- nem Innoc. fuiffe, vt ſi originalia communia non exiēnt, aut falſem non reperiāntur, exempla † ve- ro ſunt apud retin: & ſi propria ipsius rei ſint, ob id, quod ſuis pecuniis ſumi curauerit: attamen ex quo in eis contenta communia ſunt, iudicem ex ſuo officio ad edendum compellere poſſe: id quod ſatis ſibi placere inquit Abb. argumento l. prima, in fin. C. de eden. At vero ſi propria ſint ipſius rei, etiam quo ad contenta in eis: & ſi ex aliquo in eis con- tentorum actor ſuam intentionem fundare poſſit, tunc niſi ex magna cauſa, iudicem reūm compelle- re non debere.

Hæc declaratio probatur ſatis concludenter ex iis, quæ notat Rota in decisio. 208. vbi hoc, vt inquit Abb. firmare videtur. Nam licet inter ſe in multis va- riarent, in hoc tamen concurrere videntur: Quan- doquidem licet vna paf alteri edere non teneatur, ipſe tamen iudex ex ſuo officio ea exhiberi man- dabit, vt ex eis ipſe quid iuriſit, colligere poſſit. Hocidem videtur etiam Anton. à Butrio compro- bare, dum inquit, magnam cauſam, & non leui æ- quitate ſubnixam, ſi alteri parti probandi facultas deficit ac perierit, & eo magis id dicendum eſt, ſi id abſque eius culpa factum ſit. & licet ibidem Abb. quædam in contrarium argumenta deducat, magis tamen communis conclusio eſt illa, de qua ſupra diximus, vt videtur text. in d. l. prima. C. de eden. dum tex. dicit ex cauſa ad iudicis officium pertine- re: non exprimens, an magna eſſe debeat, vel par- ua etiam ſufficiat.

C A P. XCV.

A R G V M E N T V M.

Officium suum iudex non roga-
tus impartiri potest, vt compellat
Notarium ad edendum pauperi ſine
mercede.

S V M M A R I A.

- 1 Index ex ſuo officio compellere notarium in- dicu. à quo, ſtante paupertate appellantis, vt pro- cessus copiam ſeu exemplum ſine mercede conce- dat.
- 2 Actorum magiſter potest à iudice compelli, vt pauperi actorum exemplum ſine mercede concedat.
- 3 Paupertatis priuilegium eſt, vt pauper acta ſine mer- cede à notario & magiſtro actorum ac etiam alia conſequatur.

De Executionibus Tractatus. §. 3.

113

- 4 Pars vna si priuilegium habeat non soluendi iudici vel notario mercedes suas, vel quid aliud: Pars quoque aduersa, non solum ratione aequalitatis, sed paupertatis quoq; eodem priuilegio riti & frui potest.
- 5 Medicus tenetur pauperibus gratis operam suam impendere.
- 6 Medici non debent dedignari etiam pauperibus succurrere.
- 6 Pauperibus & tenuioribus obsequi laudabilius est, quam turpiter seruire diuitibus.
- 8 Doctor non debet exigere collectam à scholaribus pauperibus.
- 9 Pauperes ad solutionem sportularum non tenentur
- 10 Statutum si disponat, vt cōsultor in quibusdam causis pro mercede sua centum habere debeat: pauperes ab huiusmodi mercede excusantur.
- 11 Pauperes ne cogantur mercedem aduocatis praestare, leges & constitutiones praeципiunt.
- 12 Aduocatus peccat in foro conscientiae, si quicquam à pauperibus accipiat.
- 13 Aduocatus si recusat pro pauperibus patrocinari, iudex eum cogere debet.
- 14 Notarius qui pauperibus consecit inuentarium, ab eis mercedem recipere non debet.
- 15 Paupertas durior est morte.
- 16 Damnati ad mortē excusantur à pena aeterna, quando illicite ablata restituere non possunt, dummodo eos delicti vere puniteat.
- 17 Debitor pauper, qui ob paupertatem soluere non potest: ad interesse lucri cessantis non tenetur.
- 18 Debitori pauperi iudex multam remittere potest.
- 19 Debitor pauper excusatur à perjurio, non tamen à toto.
- 20 Fideiussor propter paupertatem, bona debitoris vendere potest & satisfacere creditori, licet ad vendendum mandatum non habet.
- 21 Pauper non tenetur ad hospitalitatem.
- 22 Pauper ad cōtributionem refectionis ecclesiarum non tenetur.
- 23 Pauperibus collecta ab officiali remittenda est.
- 24 Pauperes à prosequitione appellationis excusantur.
- 25 Pauperibus auferre illud modicum, quod ipsi habent, maxima & capitalis iniuria est, & perinde est ac si illi oculi eruerentur.

Septuagesimus primo limitatur ex eo, quod iudex ad † quem, ex suo mero officio notarium iudicis à quo stante paupertate appellatis compellere potest, vt ei copiam sive exemplum sine mercede cōcedat, vt inquit Afflict. super constitutio. Regni, in constit. appellationum tempora, in quinto notab. in versic. rursus quaro. & resert Rolandus à Valle in consil. 87. num. 35. volum. 2. per text. in l. tam dementis, in fine, iuncta gl. C. de episc. & cler. Quæ sane gl. licet de mercede † seu salario non loquatur auctorum magistri, sed notarii publici inuentarium confidentis: idem tamen existimat Rolan. eodem in loco, dicendū esse de mercede magistri actorum, ob id quod id † ob paupertatis priuilegium factum sit: Et hanc conclusionem sequitur etiam Neuiza. in consil. 44. numero 13. vbi per tex. in l. fin. C. de fructib. & lit. expensis, authoritate Bal. & Salic. ibidem, quod si vna † pars non soluendi iudici & notario eorum mercedem habeat, partem quoque aduersam non solum ratione aequalitatis, sed paupertatis etiam huiusmo-

di priuilegium habere debere: Id autem, vt ipse inquit, abusus in contrarium retorsit, propterea quod ditites id ex quadam gratia consequantur, pauperes vero soluere compelluntur. Hinc quoque est, vt inquit Scribentes, in d. c. ad aures, extra de atate & qualit. & tradit Cardin. Alexand. in c..... 83. distinc. vi medicus † pauperibus gratis operam suam impendere teneatur. Et ratio est, quia apud medicum pecunia vitæ praferri non debet. c. cum satis 86. distinc. & tradit Ripa in tract. de peste, in tit. de remed. ad cur. pestilen. §. remediorum, num. 10. Vbi inquit communiter ab omnibus receptum esse, medicos † dedignari non debere pauperibus subuenire. Laudabilius † namque valde est pauperibus obsequium & operam suam impendere quam diuitibus turpiter & ignominiose ferire, l. Archiatri, vbi tradit etiam Joan. de Prato. C. de profess. & medic. libro decimo. Et facit non modicum illud, quod dicunt Scribentes in c. quia, per illum text. extra de magist. dum voluerunt Doctores † collectā à scholaribus pauperibns exigere non debere: Et ideo dicunt etiam, pauperes † ad sportularum solutionem non teneri, vt inquit glos. in verbo, gratis, quam ponderrat ad hoc Ias. in §. tripli. colum. penult. Institut. de actio. & Pet. Girard. in singul. 73. & Bald. in authen. generaliter, column. prima. Cod. de episcop. & cleric. & Petr. Rebiffus in tractatu de priuileg. scholari. in priuileg. 90. numero 1. & 4. & tradit glos. in verbo, peregrinari, in cap. cum instantia, de censibus. Et facit illud, quod dixit Bologninus in authen. habita, num. 243. C. ne filius pro patre. dum inquit † stante statuto, vt consultor qui busdam in causis pro sua mercede & salario centum habere possit, pauperem à tali mercede vel salario excusandum esse, & ideo reprobat Matthesianum aliter sentientem in notabili 149. Nec id sane mirum videri debet, cum videamus † leges aduocatis inhibere, ne ab eis mercedem vel salaryum recipiant, vt voluit Bal. in l. si furiosi, in verbo, gratis, numer. 11. C. de nup. & Ias. in d. §. tripli. colum. penult. Instit. de actio. vbi tale dictum pium esse, & valde notandum asserit, ex quo pauperes vnde soluant plerunque non habent: ac etiam quia afflictio non est addenda afflito. l. Diuo Marco. ff. de off. præsid. vnde dicit Alber. à Rosate in d. l. §. fin. Cod. de suffi. & in l. nec quicquam. §. fin. ff. de offic. procons. & legati & ibi Ias. in §. vbi decretum, colum. 2. Aduocatum † in foro conscientiae si aliquid à paupere eius rei causa capiat, & ideo pietatis causa quilibet horratur aduocatum vt pauperes pro viribus aliosue huiusmodi miserabiles sua opera industria & patrocinio releuare a suspectias ferre conetur. Et licet vt subdit, eis modo adiumento fuerit, quando tamen eis auxilium præstet, omnia sibi ad'uctum successisse attestatur prout omnibus aliis id facturis successurū fore existimandum est. Idem præterea Alber. à Rosate in l. 1. §. ait prator, in princ. fin. de postulan. & in procam. C. colum. 4. & Didac. in lib. practica. quæst. cap. 6. numero 4. & Alexan. de Ales. in 3. parte summae, quæst. 46. in princ. & Diuus Thomas in 2. quæst. 71. articul. 1. & 4. & Caccialup. in tract. transactio. in 3. quæstio. num. 10. & Hostiens. & Abb. in cap. 1. extra de offic. iudic. Subdit quod si aduocatus patrocinium recusat, iudex † eum compellere potest, ei officium postulandi interdicendo: vel mulctando vel alia huiusmodi pena, vel etiam maiori compellendo. Id quod sequitur etiam Felin. in c. si pro debilitate, colum. 8. extra

de officio iudicis delega. & Ripa in tractat. de peste, parte penult. numero 143. Subdens etiam aliter saluari non posse, ex quo abscondit talentum domini sui, vt ait Gregorius super homilia Matthei 15. His etiam illud addi potest, iura disponere, notarium † qui pauperibus conficit instrumentum, ab eis mercedem suorum laborum recipere non debere, vt voluit Roman. in l. si vero. §. de viro. in fallen. 46. ff. soluto matrimonio. per text. in d. l. tam dementis, in fine. vbi tradit etiam glof. C. de episcop. & cleric. Vbi licet lex generaliter dicat tabellionibus permisum esse, pro suis laboribus instrumentorum confectorum mercedem petere posse; id tamen ad casum inopiae & afflictionis extendendum non esse, & idem voluit Alexan. in l. argentarius, in fine princip. ff. de eden. & Ias. in dicto §. tripli, colum penult. in fauorem pauperum.

Quæ sane † morte durior est, vt inquit Bal. in l. cum & filii. Cod. qui bonis ced. poss. Videmus præterea ad mortem damnatos, † si ea quæ illicite subtraxerunt, restituere non possunt ab æterna pœna excusari, dummodo eos delicti commissi iure pœnitentia, vt inquit Abb. in c. cum tu, colum. 1. exira de vſur. & Lucas de Penna in l. fin. colum. 2. versic. secundo propter paupertatem. C. de his. qui num. libe. lib. 10. Accedit etiam illud, quod firmat Diuus Antonius, Archiepiscopus Florentinus, in secunda parte sue summae, in tit. de auaritia, car. 29. versic. Quid de pœna apposita. quem sequitur Afflict. in decilio. 20. numero tertio.

dum inquiet pauperem debitorem, † qui ob paupertatem soluere non potest, ad interesse lucri cef-

santis non teneri: Quibus etiam iudex † multa remittere potest, vt ait etiam Bal. in l. illicitas, §. fin. ff. de officio præsid. & in l. acceptam, queſt. 23. C. de vſur. & Hippol. Marsil. in consilio decimo. numero quarto. & Lucas de Penna in loco supra relato, numero decimotertio. & Hostiens. in summa deponit. & remissio. §. fin. columna prima, versic. vbi nihil omnino. ipsumque † etiam à peririo excusare, vt voluit Innocen. in c. P. & G. extra de officio. delega. & Bal. in consilio ducentesimo quinquagesimoprimo, colum. penult. in fine, volum. 1. Præterea comprobatur etiam ex eo quod fideiſſor mandato ad vendendum vendere potest, & creditori satisfacere, vt inquit Felin. in c. bi. qui, extra de testibus. & sequitur Hippol. Marsil. in dicto consilio 10. numero 37. Pariter etiam, † vt ad hospitalitatem, probat text. in cap. de monachis, extra de præben. Nec etiam ad † onus contributionis reficiendarum ecclesiarum. c. de his. extra de edifican. eccl. prout etiam eiusdem collecta † ab officialibus remitti potest, vt inquit Roman. in consil. 269. in secundo dubio. & Ioa. de Platea in l. omnes. la prima, in versic. ultimo nota. Cod. de anno & tribut. libro decimo. & Felin. in c. significantibus. colum. 2. versic. tertium est, extra de officio. delega. & Hippol. Marsil. in dicto consilio 10. numero quadragesimo. in fine. & Bal. in auth. defuncto, in fine. Cod. ad Senatus consul. Trebellian. & recentiores in tractatu de fisco, in 7. notabili. & Petrus de Antib. in tracta de mune. numero quinquagesimoprimo. & Pet. de Vbal. in tract. de collect. numero 9. Hinc etiam dixerunt communiter Doctores in c. ex ratione, extra de appellatio. excusari † à prosecutione appellationis, vt voluit Bal. in consilio 5. volumine primo, duplicato in consilio 449. volum. quinto. & Matthesilanus in sing. fina. & Petrus Girard. in singul. 75. dum inquit, id notandum esse pro iis, qui ad curiam Romanam appellant,

& infra annum propter inopiam appellationem prosequi non possunt: Nam ipsa inopia ad consequendum biennium iusta & probabilis causa est, vt dicit Felin. in loco supra relato, versic. & tu notabis. & Hippol. Marsil. in sua practica, in §. ordine, num. 12. & hanc communem esse opinionem inquit Decius in consil. 436. num. 22. & Marsil in d. consil. 10. num. 37. & in consil. 97. num. 19. Maxima † namque & capitalis iniuria est, pauperibus illum modicum, quod ipsi habent auferre, ac perinde est, vt si ipsis oculi eruerentur, vt inquit Bald. in dicta l. illicitas. §. veritas. In his enim casibus illud quilibet semper præ oculis habere debet, quod in Euangeliō dicitur, ibi, Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur.

C A P. X C V I.

A R G U M E N T U M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, vt cogat debitorum desistere ab exactione vſurarum, etsi debitor eas soluere iurauerit.

S U M M A R I A.

- 1 Index ex officio potest compellere creditorem, vt desistat ab actione vſurarum, licet debitor eas soluere iurauerit.
- 2 Index etiam secundum ius ciuale ex officio illicitas exactiones prohibere debet.
- 3 Index non supplet ad commodum priuatorum, cum mandat vſuras restituiri, sed publica utilitatibus & animarum.
- 4 Iudex videns expresse contractum vſurarium ex officio compescere creditores potest & prohibere, ne exigant vſuras.
- 5 Clausula in contractibus vſurariis apponi solita.
- 6 Vſurarum exactiōē index ex suo officio impedire potest & præuenire ante consummationem peccati.

Septuagesimo secundo limitatur, quia iudex † ex suo officio creditorem, vt desistat ab executione vſuram, licet debitor vſuras soluere iurauerit compellere potest, vt est text. in c. tuas, extra de vſuris, & tradit Natta in consil. 497. num. 5. volum. 3. Et si vt ibidem subdit Natta, soleat ad illum textum responderi pluribus modis, & primo ibi, debitores non solum iureiurando promisisse vſuras soluere, sed solutas etiam non repeterere: Quandoquidem in eo casu cum nullum aliud remediu debitori competenteret, illi in subsidium concessum est, vt creditores ab huiusmodi vſurarum exactione desistant, cogi possint: id quod locum non habet, vbi debitores duntaxat vſuras soluere iureiurando promiserunt: ex quo non sunt omni remedio & auxilio destituti: Sed vt soluant & repetant, iure prouisum est c. debitores, extra de iureiuran. & voluit Imola ponderando illud verbum forte, in cap. 1. eod. tit. & tradit etiam in consil. 293. in hac consultatione, colum. 2. volum.

4 Subdit tamen Natta in dicto consil. 497. numero 5. hanc Imolæ responsionem satis ambiguam esse: quia text. in d. c. tuas, suam decisionem in eo nō fundat: q̄ debitor contra vſurarium aliud remedium non

De Executionibus, Tractatus. §. 3. 115

non habeat: sed in ipsa illicita exactione, ut ex ultimis verbis expresse apparet ibi, Nè de dolo & fraude eos commodum referre contingat. Nam praesides etiam inspecto iure ciuili ex suo officio illicitas & ex actiones prohibere possunt. Illicitas, in princ. ff. de offic. præsid. Propterea quod, ut inquit Abb. in eodem cap. tuas, in eo casu iudex & ad commodum priuatarum non supplet, mandando usurpas restitui: Sed ob publicam utilitatem potius & animarum salutem & ut periculis & peccatis obuiam fiat, id sane alioquin non facturus, ut notatur in cap. ad nostram, il 2. extra deiurand. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & voluit etiam glos. in cap. cupientes. §. ceterum, de election. lib. 6. Et hinc est, ut dicantur.

4 Doctores iudicem & qui expresse & manifeste contractum esse usurparum cognoscit, ex suo officio creditores compescere posse, & usurpas ne exigat prouidere, ut inquit text. in d. cap. per tuas. Ille igitur text. & supradicta conclusio, tunc etiam locum habet, quando in instrumento usurario, clausula & illa, quæ in huiusmodi contractibus apponi solet, cotineretur: videlicet, quod venditores vel conductores questionem nullam mouent, vel controuersiam aut molestiam inferent, nullave in re contravenient, dicent. opponent defacto vel de iure, etiam si de iure possent. Eo enim casu pariter procedit text. in d. c. tuas. cum perinde sit, ac si usurpas non repeterem promisissent, ut dicitur in d. text. & ponit Anton. & Butrio in notabilibus. Verum redeundo ad text. illum, dum pluribus modis in telligi posse dicebamus. Narta aliam solutionem ei accommodabat: ut scilicet procedat, quando debitor absolutionem à iureiurando obtinuerit: nam tunc iudex sui officii partes interponere potest, ne indebite & contra iurum dispositioinem usurpæ exigantur, ut voluit & declarat ibi glos. vt saltem in perjurium non incidat. Verum ad principalem conclusionem redeundo, eam tenet Ant. Capiccius in decis. 175. num. 3. per ea quæ voluit Anna in d. cap. per tuas, col. 1. extra de usur. dum in ult. no-

6 tab. vult Iudicem & non solum post usurpas solutas, ut restituantur supplere posse: sed etiam ante solutionem, ut earum nulla fiat exactio, præuenire & obuiam ire posse, antequam peccatum consummetur. Et de hoc inquit esse glos. cap. ex literis, extra de sponsal. & tradit Felinus in cap. 1. col. 4. versic. quintum remedium, asserens quintum esse remedium, ut iudex ex suo officio creditorem ad exactiōē paratum desistere compellat, d. cap. per tuas, extra de usur. Et id voluerunt etiam Butri. & Abb. ibi, licet Imola contradicat, subdentes opinionem Anton. & Abb. ex eo sustinere posse, quod ibi singulariter dicit, iudicem ex suo officio supplere posse, ut peccato euidenter eminenti obuiam fiat, non distinguendo, an parti competit remedium, vel non competit, ut inquit glos. in cap. cupientes, §. 1. ff. de election. lib. 6. Hæc autem conclusio confirmabitur, ex aliis limitationibus infra tractandis & ponendis in illis casibus, in quibus imminet: & tractatur de periculo & discrimine animæ.

Nonnulla etiam de hac limitatione dicentur infra, cum de iureiurando multa tractabimus, poteris ibi satis copiose (ni fallor) quatenus pertinet ad materiam iuramenti videre, & videas infra in limitatione centesima septuagesima tertia.

C A P. XCVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iudex ex suo officio quando posse cogere partem que vult producere testes senes ut sibi det nomina & cognomina testimonia.

Septuagesimo tercio limitatur, quia licet iudex regulariter parti, quæ testes senes producere vult, ut sibi nomina & cognomina eorum exhibeat, ut inquit Speculat. in tit. de teste. §. qualiter, versic. post id tamen limitatur: id tamen limitatur & locum non habere, quando & ubi contraria consuetudo extaret: eo namque casu iudex ex suo officio compellere potest, id quod extenditur etiam ad alium casum, quando scilicet fraude & dolo testimonia subtriceret: Nam eo casu iudex partem, ut de nomina testimonia, compellere potest, ut habetur in decis. Rotæ Bononiensis 74. num. 3. Et ideo dixit Mantanta in suo Speculo aureo, actu 10. num. 40. in 2. part. 6. part. partem nomina suorum testimonia, quos vult examinari, alteri parti edere non teneri, ne subducantur, vel subornentur ante publicationem: Sed eos soli iudici nominare debere, ut inquit Speculat. in tit. de teste. §. qualiter. versic. post hoc. & Alexand. in l. 1. §. editione. col. penult. ff. de edendo.

C A P. XCVIII.

A R G V M E N T U M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, ut cogat principalem ad respondendum in persona propria.

S V M M A R I A.

- Iudex ex suo officio principalem ut in persona compareat, ad respondendum cogere potest.
- Dominus potest indistincte cogi ad comparandum, quando procurator est infamis.
- Dominus tanquam magis instructus ad respondendum cogi potest.

Septuagesimo quarto limitatur, quia Iudex & ex suo officio principalem, ut ipsem ad respondendum compareat, compellere potest, ut inquit Alexand. in l. pecuniaris, num. 5. & 6. C. de procurat. & ibidem num. 6. inquit Bald. velle, quod licet infamis possit esse procurator, & ut dixit Alexand. in l. reum. 2. C. de procurat. Attamen in casu dominus & tanquam 3 magis instructus ad respondendum cogi possit, ut notatur in l. si actor, ff. de procurat. Præterea subdit etiam Alexand. ibidem. Bald. alibi voluisse, ut propter infamiam quis ipsem &, ut aiunt, personaliter comparere teneatur, ut dixit in authent. qui semel. col. 2. C. quomodo & quando iudex. De his tradit Speculat. in tit. de posit. §. fin. versic. in summa. & notat glos. in cap. presentium, in verbo, Abbate, de testament. lib. 6. & Ioan. Andr. in cap. fin. extra de iuramento calumn. & Imola & Doctores in cap. 1. de iudic. lib. 6. & in cap. in per tractandis, extra de iuramento calum. & in l. qui bona. §. si alieno. ff. de damno infecto. & in cap. querelam, extra de procurat. & in l. penult. §. ad crimen, in fin. extra de public. iudic.

C A P. XCIX.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest ut cogat reum ad declarationem suæ exceptionis.

S V M M A R I A.

1. Index ex suo officio etiam parte non petente, potest cogere reum, ut exceptionem suam obscuram declareret.
2. Index ex suo officio potest reum compellere ad declarandam suam exceptionem generalem & ambiguam.

I Septuagesimoquinto limitatur, quia Iudex † ex suo officio etiam parte non petente, reum cogere potest, ut suam exceptionem obscuram declareret, ut voluerunt Bald. Salvi et recentiores in l. age cum Geminiano. C.de transact. vbi n. 15 eos refert & sequitur Ias. Hanc conclusionem sequitur etiam Aug. Berou in c. solita, nu. 3 extra de restit. spoliat. inquiens, Iudex † ex suo mero officio reum ad declarandam suam exceptionem generalem & ambiguam tam in specie, quia illi prodesse posset, quam si ei non prodesset, cogere posse prout illum text. inducit Abb. in d. c. solita. Et hoc idem inquit voluisse Alex. de iis mentionem non faciens, quæ dixit Abb. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, col. 3. nu. 10. ff. de damno infecto. & Curt. in d. l. age cum Geminiano, num. 4. Vbi limitatur in exceptione facti obscura: secus vero in exceptione iuris obscura: utputa si reus opponat actori, ius ei non competere, nulla quare illi non competit expressa ratione vel causa, illam namque declarare non cogitur, ut inquit Bal. in l. fin. in princ. C.de fidei commiss.

C A P. C.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, ut cogat actorem ad declarationem sui libelli.

S V M M A R I A.

1. Index ex suo officio actorem ut declaret libellum obscurum, compellere potest.
2. Libellus ineptus & obscurus parte non opponente, procedit.
3. Index ex suo officio potest supplere in his, quæ tendunt ad solemnitatem iudicii.

I Septuagesimosexto limitatur, quia Iudex † ex suo officio actorem compellere potest, ut libellum suum obscurum declareret, ut a fortiori & maiori de teo coacto suam exceptionem declarare arguit Ias. in d. l. age cum Geminiano, num. 15. C.de transaction, ea porosissimum ratione adductus, quod iudicis interfit, ut sententiam certam ferre possit, ut voluit etiam Bald. in l. 1. col. fin. C. ut quæ desunt aduocat. & Panorm. in c. 2. extra de libell. oblat. & si Butr. ibi dubitauerit: Et ideo subdit ibidem Ias. adnotandam esse limitationem ad regulam. l. 1. C.de annal. except. Vbi dicitur, † libellum ineptu & obscuru parte non opponente procedere: & refert se ad ea, quæ dixit in d. l. edita.

C.de eden. Hanc præterea opinionem sequitur etiam August. Berou in d. cap. solita, num. 3. extra de restit. spoliat. Quod autem intersit iudicis, ut certam sententiam proferre possit, inquit esse text. in §. curare, Inslit. de action. & in l. 1. & 2. C.de sentent. quæ sine certa quant. proferunt. & in c. 2. cum glos. extra de libel. oblat. vbi tradit Ant. à Butr. in 3. notab. & idem Butr. in cap. 1. in 1. opposit. eodem tit. vbi inquit, Iudicem † ex suo mero officio in iis supplere posse, quæ ad solemnitatem iudicii perficiendam tendunt: & quibus prætermisis iudex frustra laboraret. Hanc etiam conclusionem sequitur Alex. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, col. 3. & 6. ff. de damno infecto. per ea, quæ notat Bart. in l. si quis libertatem, col. 2. ff. de petit. hered. & in l. si sepulchri. ff. de sepulch. viel. & eandem conclusionem sequitur Curt. in d. l. cum Geminiano, num. 4. & in d. l. edita. num. 27. C.de eden.

C A P. CI.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest ut compellat debitorem ad solutionem decimarum.

S V M M A R I A.

1. Index ex officio suo non soluentes decimas compellere potest.
2. Ius commune notorium est, & tanquam notorium sciri debet.
3. Clausula opponi solita in literis monitoriis.

Septuagesimo septimo limitatur ex eo quod Iudex † ex suo officio non soluentes decimas ut soluant compellere potest, ut voluit Laud. in cap. dispensiosam, in clem. de iudic. Et ratio est, quia si non soluantur animæ periculum imminent, c. prohibemus, extra de decimis. & in his & similibus exuberat officium iudicis. cap. nouit, extra de iudic. & clem. 1. de offic. ordina. Et ideo, ut ipse inquit, si constet possessiones & prædia, ex quibus decimæ pertinunt, esse intra terminos & limites parochiæ, vel homines ab ea sacramenta Ecclesiastica recipere quoad personales decimas, vel animalia in parochia depasci satis est: cum enim iure scripto decima debeat parochiali Ecclesiæ. cap. cum contingat, extra de decimis. & ias † commune notorium sit, & tanquam notorium sciri debeat. cap. notandum. 1. quæst. 3. me rito in contrafaciente tanquam notorie delinquentem, Iudex ex suo officio animaduertere potest, & ita ut necessarium non sit, causam in iudicium deduci, vel testes admitti. Hanc conclusionem sequitur Card. Zabarel. in d. clem. dispensiosam, num. 28. de iudic. & inquit eam comprobari iis, quæ notantur in cap. quoniam, extra de filii presbyt. & Innoc. in cap. 1. extra de offic. vicar. Et ideo inquit procedi posse absque villa alia iuris solemnitate, & idem voluit Zenz. Unde ait Laud. ut attestatur Cardin. Zabarel. in literis monitoriis contra decimas non soluentes clausulam illam apponi solitam, apponere non oportere, videlicet, nisi causam rationabilem allegare & probare volueris ad quod faciendum talem diem peremptoriam assignamus Idem etiam voluit Marant. in suo Speculo aureo. in 6. & vlt. part. princ. in 2. casu principali, nu. 162. & dicit ita tenere Cardin. in clement. 2. in quæst. 24. de iudic.

C A P.

De Executionibus, Tractatus. §. 3. 117

C A P. CII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, ut filiofamilias agenti sine peculio, cautionem in-iungat.

S U M M A R I A.

- 1 Iudex ex suo officio potest & debet filiumfamilias agentem, si contingat eum succumbere, expensas reficer ad cauendum compellere.
- 2 Cautio de decima parte litis, an sit in vsu.
- 3 Iudex debet inspicere, ne sua sententia sit frustaria.
- 4 Cautiones quædam sunt iudicariæ, quæ iudicis officio mercenario interponuntur & incidenter ut iudicis sententia rata sit.
- 5 Expensas reficer debet iudex ex suo officio filiumfamilias, qui non habet peculium compellere.
- 6 Iudex ex suo officio potest cogere, cauere de expensis reum suspectum vel immobilia non possidentem.
- 7 Actori licere non debet, quod non licet reo, quia in iudicis aequalitas seruanda est.
- 8 Iura debent omnibus consulere & prouidere.
- 9 Cautio peti potest, cum quis timet damnum dñe ad rem, vel de persona ad rem.
- 10 Iudex potest partem interrogare in quacunq; parte iudicij sibi videtur.
- 11 Iudex quandocunq; vult, potest exigere iuramentum malitiae à partibus.

- 1 Septuagesimo octavo limitatur, quia Iudex † ex suo officio filiumfamilias agentem, & præsttim si peculium non habeat ad cauendum cogere potest, vt si fortasse succumbat, expensas restituere, ut inquit Castren. in consil. 407. num. 1. vol.... per text. in authent. generaliter. C. de episcop. & cler. vbi id, vt ipse inquit expressum est. At si dicatur † cautionem, de qua ibi, hodie in vsu non esse: vt scilicet de litis decima parte caueatur, vt notatur in §. sed hodie, Inſtit. de ſatiatione. Respondetur in caſu, in quo filiusfamilias peculium non habet, procedere debere: Nā 3 discretus & prouidus iudex, † vt inquit ibi Castren. ne sua sententia delusoria sit, & nihil efficiat, maxime prospicere & curare debet. l. si prætor. ff. de iudic. & l. fin. ff. ne quid in loco publico. Sed sic est quod in caſu nostro si actor succumbat, & ex consequenti in expensis, condamnetur, vnde eas solueret, non haberet, ex quo peculio caret, vt dixit idem Castren. in l. si condemnatus. ff. de noxal. Ergo debet Iudex in hoc prouidere eum ad huiusmodi cautionem præstandam compellendo. Id præterea confirmatur argumento eorum iurium, † quæ quasdam cautiones iudicariæ esse dicunt, quæ iudicis officio mercenario & incidenter interponuntur, ut iudicium id est sententia ipsius iudicis rata sit. l. 5. ff. de verb. oblig. & l. 1. circa princ. & ibi notatur. ff. de prætor. stipul. Hæc 5 igitur cautio ideo interponitur, vt sententia † iudicis expensarum condemnatoria sit rata, hoc est, vt diximus, effectum habeat: ergo vt interpolatur tanquam iudicaria cautio, Iudex diligenter & pro viribus curare debet. Comprobatur hæc conclusio per text. in l. si fideiſſor. §. fin. ff. qui ſatisfar. cogan. vbi etiam Jacob. Butrig. notat, afferens ex eo text.
- 4 mento eorum iurium, † quæ quasdam cautiones iudicariæ esse dicunt, quæ iudicis officio mercenario & incidenter interponuntur, ut iudicium id est sententia ipsius iudicis rata sit. l. 5. ff. de verb. oblig. & l. 1. circa princ. & ibi notatur. ff. de prætor. stipul. Hæc 5 igitur cautio ideo interponitur, vt sententia † iudicis expensarum condemnatoria sit rata, hoc est, vt diximus, effectum habeat: ergo vt interpolatur tanquam iudicaria cautio, Iudex diligenter & pro viribus curare debet. Comprobatur hæc conclusio per text. in l. si fideiſſor. §. fin. ff. qui ſatisfar. cogan. vbi etiam Jacob. Butrig. notat, afferens ex eo text.

iudicivbicunq; expedire videtur, posse cautionem interponi ex suo officio mandare: Sed in hoc casu qui ei expedire videatur, dubitandum non videtur. Ergo eum compellere poterit. Iterum confirmatur ex eo quod si reis † est suspectus, vel immobilia non possidet, cauere cogi potest. d. l. fideiſſor. §. fin. & l. ſciendum, in princ. ff. qui ſatisfar. cogan. Ergo id multo magis de filiofamilias auctore, qui nihil habet, & ex consequenti suspectum est, dici debet: Quandoquidē si succumbat, reum irriteret. Ergo. Nam auctori id † licere non debet, quod reo non licet, & in iudicis aequalitas seruanda est. l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Præterea comprobatur etiam ex eo, quod iura omnibus consulere & prouidere potissimum procurant. l. capitalium. §. ad statu. ff. de pœnis. Ergo & idem iudex quoq; curare debet, cum † iurium minister sit & executor. l. si ob causam. ff. de evictio. Huic autem reo, nisi aucto caueat, prouideri non potest. Ergo. Adhuc etiam confirmatur ex eo, quod eum quis damnum timet † & sibi inferri posse ſuspicatur, de re ad rem vel de persona ad rem, cautio peti potest, vt voluit Guiliel. de Cun. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præfid. & tradit Bart. in l. qui bona. §. si quis iusta. ff. de danno infecto. Sed sic est quod in caſu nostro damnum timetur in bonis, ob id quod si aucto succumbberet, reus impensas recuperare non posset, nisi cautio præstita fuerit: Ergo auctore Iudex ad huiusmodi cautionem præstandam omnino cōpellere potest & debet. Octauo & vltimo loco comprobatur argumento l. vbi cunque. ff. de interrog. actio. vbi expreſſe habetur, Iudicem partem in quacunque parte iudicij id opportunum vel expediens censuerit, interrogare † posse, argu- 10 mento text. in cap. 2. de iurament. calum. in 6. vbi Iude- x † quandocunque illi viſum fuerit, iuramen- 11 tum malitiae à partibus exigere potest: Pariter ergo si illi videatur, iustave causa subsit, cautionem exigere poterit: Quandoquidē cum hæc omnia eius libero arbitrio remittantur relinquantur: ipse prouidus ac prudens Iudex, vt partium indemnitatii consulat potissimum præculis habere debet, & eo magis id curare debet, cum absque magno partis præiudicio fieri possit, argumento. l. 2. §. idem Varus. ff. de aqua pluvia areen. & l. in creditore. ff. de evictio. & ita inquit Castren. in d. consil. 407. in fin. obſeruare iustos & prudentes iudices, prout ipse in facto ait obſeruasse, & alios ita obſeruare expertum esse.

C A P. CIII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum iudex non rogatus interponere potest, ut det bonis curatorem:

S U M M A R I A.

- 1 Iudex ex suo officio parte etiam non petente curatorem bonis dare potest.
- 2 Curatorem bonis iudex ex suo officio dare potest.
- 3 Index ex suo officio etiam nemine petente concessare restituzione & hereditate repudiata: ne bona hereditaria disipentur prouidere debet.

Septuagesimo nono limitatur, quia Iudex † potest ex suo officio parte etiam non petente, bonis curatorem

ratorem dare, ut inquit Iacob. à sancto Georgio in l. si omnes. C. si minor ab hæred. se abstinet. & refert Cassan. super constitut. Burgund. Rubrie. 1. Mefiers & sergens sunt creuz. §. 6. num. 66. vol. 261. & tradit Alexand. in consil. 10. num. 16. vol. 5. dum vult Iudicem ex suo officio + bonis curatorem dare posse, per ea quæ notat glos. in l. 1. ff. de curat. bonis dando. & iterum glos. quam Bart. latius prosequitur, in l. 2. eodem tit. & Bald. in authent. si omnes. num. 13. si vt se ab hæred. abstinet. Et eam inquit esse rationem, quod ei ut iudici liquere dicatur. & de hoc notatur in d. l. 1. in princ. ff. de curat. bonus dando. & tradit Castrensi. in d. authent. si omnes. num. 6. in ultimis verbis, dum inquit ultimo loco notat tandem esse Iudicem + ex officio etiam nemine petente, postquam concessit in integrum restitutio- nem, hæreditasque repudiata est, ne bona hæreditaria dissipentur, prouidere posse & debere ea potissimum ratione, quod hæreditatem iacere illi, ut iudici constat, & ideo de facto curatorem bonis dando supplere posse, Inuentarium apud acta fieri mandando ac iubendo.

C A P. CIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Iudex ex officio curatorem bonis dissipantibus dare potest.

1. O Ctuagesimo limitatur quia Iudex + ex suo officio si videat quempiam bona sua dissipare, eius bonis curatorem dare potest, etiam id nemine ab eo postulante, ut inquit Amanellus de claris aquis in notabil. 214. per ea, quæ notantur in d. l. 2. circa princ. ff. de curat. bonis dando.

C A P. CV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Iudex ex suo officio ex causa curatorem iam datum reuocare potest, & alium deputare.

1. O Ctuagesimoprimo limitatur, quia iudex + ex suo officio iusta existente causa curatorem iam datum reuocare potest, & alium in eius locum subrogare, ut inquit Abb. in consil. 91. num. 6. vol. 1. per text. in l. 3. §. præterea. ff. de suspect. tutor.

C A P. CVI.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

1. Iudex ex suo officio, stante legitima causa, potest non non admittere curatorem à consanguineis postulatum & alium ad petitionem minoris deputare.

1. O Ctuagesimosecundo limitatur, quia + Iudex ex suo officio potest ex causa curatorem à consanguineis postulatum non admittere, & alium ad petitionem & instantiam minoris in illius locum subrogare & deputare, ut inquit Abb. in d. consil. 91. num. 6. vol. 1. Et ratio, ut inquit, ea est, quod quis facilius non admittatur, quam remoueat, ut habetur in cap. quemadmodum, extra de iure iurant. prout vulgatissimum & in ore omnium est illud dictum:

Turpis eiicitur quam non admittitur hospes.

C A P. CVII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest dando tutorem & alia ad utilitatem pupillorum faciendo.

S V M M A R I A.

1. Iudex in dando tutorem nemine etiam petente, officium suum impartitur.
2. Pupilli, dicuntur personæ miserabiles.
3. Misericordibus personis potest iudex officium suum impartiri.
4. Iudex arbitrii debet, an res immobilis pupilli vendi debeat, & eam eligere debet.
5. Iudex ex officio tutores suspectos remouere potest.
6. Iudex pendente lite, cui puella sit iungenda, uter eius tutor esse debeat, eam ex suo officio deponere potest.
7. Puella quando deponenda sit.
8. Casus diuersos esse dicere non licet, nisi diuersitat is ratio afferatur.
9. Tutor & propinqui, ubi non conueniunt de futuro viro puellæ dando, iudex ipse decernere debet.
10. Mater cogitans de futuris nuptiis, nominet filio suo tutorem, tutor admittere non obligatur, immo debet inquirere, & deinde idoneiorem eligere.
11. Pupillus ubi tutorem non habet, iudex loco tutoris supplerre potest.
12. Pupillum si mandet pater apud aliquem educari, iudex non tenetur huiusmodi patris voluntatem exequi, si viderit pupillo non expedire.
13. Tutori si testator remiserit confectionem inuentarii poterit tamen iudex eum ad illud faciendum compellere, si id pupillis expedire putauerit.
14. Episcopus in causis Ecclesiarum & pauperum ex officio non implorato procedere potest.
15. Testator licet remittere possit confectionem inuentarii & librorum rationis tutori testametario legitimo & dativo, tamen si talis tutor sit suspectus, potest iudex ex officio, non obstante tali remissione, eum cogere ad inuentarium ad libros conficiendum.
16. Iudicem dum dicitur interponere posse officium suum ad commodum & utilitatem aliorum particularium, intelligitur procedere & locum habere secunda ratificatione eorum, ad quorum commodum interponitur.

O Ctuagesimotertio limitatur, & infra dicitur limitat. 102. ex eo, quod Iudex + in dando tuto- re nemine etiam petente, officium suum impar- tiri potest, ut inquit Curt. iun. in l. 1. num. 17. ff. de iuri- omn. iudic. & voluit Bart. in l. hac autem. in princ. ff. ex quib. raus. in poss. et. per text. in l. illud, cum l. sequenti. ff. de tut. & curat. dat. ab his. & Roland. à Valle in consil. 20. nu. 5. vol. 2. Nec id sane miru esse debet: + quia 2 pupilli personæ miserabiles dicuntur. l. 1. C. quando Imper. inter pupil. At pro huiusmodi + miserabilibus 3 personis & aliis officium iudicis impetrari potest: Quibus addi etiæ potest præterea, quod Iudex + ex 4 suo officio pro pupillis supplere possit, inquit etiam Aymon Crauer. in consil. 190. num. 8. Videamus namq; iudicē + ex officio suspectos tutores reuocare pos- se. l.

De Executionibus, Traactus. §. 3. 119

I. tutor quoque. §. præterea ff. de suspect. tutor. Si enim ex suo officio omnem administrationem eis auferre potest; Id multo magis pendente lite facere poterit: Vtputa si orta sit controvèrsia † de puella in matrimonio collocanda: vel inter tutores, vter eorum tutor esse debeat: poterit tunc Iudex ex suo officio quousq; talis lis perficiatur, puellam ipsam deponere, vt est text. in l. deinde §. penult. ff. de liber. exhib. vbi expresse dicitur, quod si lis agatur, an puella exhibenda sit: & ille qui eam exhiberi desiderabat, diceret se esse patrē aduersarius vero id neget, tex. expresse disponit, puellam deponendam esse, quo usque iudicium perficiatur. Nec quicquam dicit text. de qualitate personæ, apud quam sit puella, si honesta sit, & cum ea dignitate, quæ conuenit apud eam esse possit. In ea igitur re Iureconsultus nullam aliam rationem considerare videtur, quam pudicitia & futuri deinde matrimonii libertatem. Id autem ex eo percipitur, quod eam apud matrem aliquam familias deponi committit. Nec etiam in eo text. exprimitur, quod de quopiam matrimonio tractaretur: Vnde ad practicam inferendo Aymon Crauet. in d. consil. 190. num. 1. inquit, quod si essent contracta sponsalia, ac quia puella esset tenellæ ætatis, & nixus copulæ intercessisset, & ille apud quæ puella esset suspicione non careret, & præsertim cum huiusmodi nixum præmisisset, vel saltē illum attentandi facultatem fecisset; Iudicem huiusmodi depositionem concedere debere, vt libera ei remaneat voluntas & matrimoniu[m] cūm fuerit perfectioris iudicij & maturioris consilii contrahatur, cap. Gemma, extra de sposal. cum similibus. Præterea ille text. mandat puellam deponi, etiam si pubes, ex modo tamē tempore effecta sit. Et ideo à maiori arguendo, vt illam quæ adhuc in pupillari ætate agit, multo magis deponenda sit, dicendum videatur: cum Iureconsultus causam matrimonii ea in re potissimum considerare videatur: Etsi ego in hoc causa honestatis rationem magis attendendā esse existimē: cum in ea ætate sit, in qua matrimoniu[m] contrahi nō possit: Quandoquidem eum est impubes, vel paulo ante ætatem illā excessit, præterquam q[uod] matrimonium tanquam cum incapable contractū subsistere non potest: est etiā non minus rationis & iudicij prorsus expers & præsertim matrimonii contrahendi. l. in fin. C. defals. monet. & in c. eos. de cōsērat. diff. 4. & c. sunt qui opes. 17. q. 4. Et ideo si deponetur, rectius quidem ei ac probabilius consuletur, quam si non consilio & perfecto iudicio coniunctorum Iudicisve matrimonium contrahat: sed ipsa libera ab omni moderamine & perfecta deliberatione: virtum sibi pro suo libito, & quod plus est, aliorum suasionibus asciscat: Et ideo licet ille tex. loquatur, quād puellā ab eo qui se patrē asseuerat, exhiberi petitur; Bart. tamen ibidem generaliter illum text. interpretatur, quando scilicet de causa ipsius pueræ exhibitionis tractatur: Nam eadem semper ratio militare videtur, & præsertim cum de matrimonio contrahendo tractatur: Nam de casuum diuersitate cum eadem subest ratio, tractandum non est, vt inquit glossa in l. sed & si lege. §. item si rem 8 distracterit. ff. de petit. b. eredit. dum ibi dicitur, † casus diuersitatē allegare non licere, nisi diuersitatis ratio afferatur. Ratio namque ipsa attendi debet, quæ communis lex dicitur ad omnes casus. cap. consuetudo, i. distinct. & tradit. Calderin. in consil. 1. in tit.

vt lite penden. & in consil. 1. in tit. de regular. Confirmitur hæc conclusio, quia quando tutor † & pueræ propinquai non conueniunt de eius futuro viro: Iudex ipse decernere debet, vt est text. in l. i. C. de nupt. Hoc autem Iudicis arbitrium non sufficeret, nisi pueram ipsam in eius facultate & administratione constitutam, quem ipse elegerit: Nam si apud tutorem esset, vel econtra apud alias propinquos, facile iudicis arbitrium delusorium redderetur: si fortasse vel voluntatem tutoris, vel suorum propinquorum sequuta matrimoniu[m] ipsum compleuisset: Et ideo Alexand. in consil. 161. col. fin. vol. 5. & Bal. in consil. 487. codem lib. de huiusmodi pueræ depositione loquens, id omne inquit in iudicis arbitrio residere, & idem concludit Socin. in consil. 193. in 2. quest. vol. 2. & latetradit idem Aymon Crauet. in loco supra deducto, num. 2. 3. & 4. cum seq. Accedat etiam pro prædictorum comprobatione & confirmatione, quod si mater † secundis de nuptiis cogitās, tutorem filio suo nominauerit, tutorē admittere non obligatur: Imo Iudex ex officio suo, inquirere debet, & deinde magis idoneūm eligere, vt habetur in authent. sacramentum. C. quando mul. tutelæ offic. fun. poss. & tradit. Bal. in l. precibus, col. 9. C. de impub. & aliis Subst. & Decius in cap. ex parte, il 2. extra de appellat. Pariter etiam pro prædictorum confirmatione videmus, quod si pupillus † tutorem non habeat, iudex tutoris loco supplere potest, vt voluerunt Bald. Paul. Castren. & recentiores in l. bonorum. C. qui admit. Et adeo supplet Iudex † pro pupillis, vt si forte pariter pupillum apud aliquem educari mandet, Iudex patris illam voluntatem sequi non teneatur, si videat pupillo id non expedire. l. i. in princ. ff. vbi pupil. educar. debeat. & Socin. in d. consil. 193. in 2. quest. vol. 2. Pariter etiam si testator † tutori confectionem in- 13 uentarii remiserit, Iudex tamen tutorem vt inuentarium conficiat, cogere potest, si id pupillis expedire & vtile esse cognoscat: & alioqui nisi id fiat, pupilos damnum & præiudicium pati posse anaduertat, vt voluit Bart. in l. utilitatcm. ff. de confirmat. tutor. & in l. nemo potest, vbi tradunt etiam recentiores ff. de legat. 1. & Aret. in consil. 12. diligenter & mature, col. 1. in fin. Ho[t]ec tamen intelligit Decius in consil. 34. i. col. 2. si noua suspicionis causa superueniat, cuius notitiam testator non habuerit. Confirmatur, quia videmus in causis Ecclesiistarum ac pauperum Episcopum † ex officio etiam non implorato procedere, vt inquit Bald. in consil. 54 super 1. punct. in fin. vol. 4. Quibus etiam ad prædictorum confirmationem accedat, † quod licet testator confectione 15 inuentarii librorumq; rationem tutori testamenteratio legitimo & datiu[m] remittere possit, vt voluit glos. in l. tutores. C. de amanist. tutor. & Guil. de Ludo. in singul. 100. glossa est, & Durans de arte testan. in tit. de tutor. caut. 3. Tutor. num. 2. & Bernard. Dia[con] in regula 769. tutor. & Julius Clarus in §. testamentum, quest. 66. versic. quo ad tertium. vbi dicit communem esse opinionem in tute & hærede: Secus vero in usufructuatio: attamen si de ipso tute suspe[n]tur, ne supp[er]mittat & dilapidet res pupilli, posse Iudicem ex suo officio ea remissione non obstante, tutorem ad inuentarii, librorumque rationem confectionem compellere pro pupillorum commodo & utilitate eorumque impensis, vt in inquit Bart. in l. pen. num. 1. ff. de confirm. tutor. & Bernard. Dia[con] in d. regula 769. & Ias. in d. l. nemo potest, in 1. lectura,

1. lectura, num. 45. & in 2. lectur. num. 53. ff. de legat. 1. & Duran in d. tract. de arte testan. in d. caut. 3. num. 4. & Aret. in §. actionum, sub num. 34. Inflit. de action. & Cratuer. in consil. 190. num. 9. & in consil. 193. num. 9. vol. 1. & Iulius Clarus in §. testamentum, quest. 66. versic. sed quid si testator. vbi inquit communem esse opinionem, & Tiraq. in tract. confit. in 3. part. limitat. 30. num. 65.

Hæc conclusio cum aliis in præcedenti principali limitatione contentis, videlicet quod † iudex suum officium ad commodum & utilitatem aliorum particularium, utputa pupillorum, aliorumque huiusmodi miserabilium personarum, non procedere, nec locum habere illud, quod à iudice factum est, nisi illius ratificatione sequita, ad cuius commodum & commoditatem fecerit, argum. l. 3. §. inuit. & §. acquirere. ff. de bonor. possess. & tradit Tiraquel. in tract. de iure constit. in 3. part. limitat. 30. num. 65. & Cardin. Albens. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 4. ff. de damno infecto.

C A P. C VIII.

A R G V M E N T V M.

Officium suum impartiri Iudex non rogatus non potest per inutilitatem pupilli non pauperis.

S V M M A R I A.

1. *Pupillus non dicitur miserabilis persona, nisi sit pauper.*
2. *Vidua non dicitur miserabilis persona, nisi pauper.*

Secundo loco limitatur præcedens conclusio, vt non procedat, nisi pupillus & aliæ miserabiles personæ sint pauperes: Nam, vt inquit Alexand. in consil. 121. num. 14. vol. 1. dum inquit, quod † pupillus vel orphanus, tunc miserabiles personas enumeraatur, quando est pauper, aliter non, *vt voluit Card. Floren. & Imola in c. significatib. extra de off. deleg.* Sicut etiā de vidua † dicitur, *vt notatur in d. c. significatib. & licet ipsi non referant, idem tamē subdit Alex. ibidem voluisse Speculat. in tit. de instrument. edit.* §. nunc. vero aliquia, versic. & scia. il. 2. Et ideo absolute viduae & pupilli inter miserabiles personas non connūmerantur, *vt patet in Rub. quando imper. inter pupil. & vid. miserabiles, &c. Dic̄tio enim illa, vel inter diuersa ponitur. l. hac verba, ille. ff. de verbō. signific.* Posset fortasse responderi, pupilos non ratione diuitiarum, vel paupertatis & viduas miserabiles personas appellari, sed ob ingenii & rationes imbecillitatem.

C A P. C IX.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

1. *Iudex etiam non requisitus officium suum impartiri tenetur fauore dotis.*

Octuagesimoquarto limitatur, quia iudex † etiam non requisitus fauore dotis officium suum impartiri debet, & potest. *l. si cum dotis. §. eo autem tempore, versic. nee non. ff. soluto matrimon. quem text. ad hoc ibi ponderant. Raphan. & Paul. Castrenſ.* Dotis enim causa dicitur pia. *l. cum is. §. si mulier. ff. de con-*

*dict. indeb. & l. si ego. §. cum similibus. ff. de iure dot. & Bart. & Doct. in l. si constante. in 9. quest. quest principali. ff. soluto matrimon. & tradit Ripa in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 25. ff. de damno infecto. & Bald. nouellus in tract. de dote, in 8. part. principali, priuilegio 15. num. 1. Vbi & ipse quoque vult, Iudicem fauore dotis etiam non requisitum & interpellatum officium suum interponere: & ex eo, quatenus opus sit, supplere. & tradit Ioan. Lopez in cap. per tuas. §. 12. num. 5. versic. ex quo infertur, extra de donat. inter vir. & vxor. per text. in l. profectitia, post princ. versic. sed etsi proponas ff. de iure dot. & tradit Bart. per illum text. in l. 1. col. 3. ff. soluto matrimon. & Ludovic. Roman. in authent. similiter. in II. speciali. C. ad leg. Falcid. & Alexand. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 6. ff. de damno infecto. & tradit Bald. in l. qui liberos ff. de ritu nupt. Exempla autem hæc de re varia Doctores afferre solent, utputa si pater alicuius puellæ vitæ satis improbatæ, à viro fil. & suæ repeteret, vel eius hæredibus, soluto matrimonio: ipse autem maritus vel eius hæredes contra sacerorum ita repetentem de illa vitæ reprobatae & valde in honestæ licentia non opponerent: Nec pariter filia iam effeta vidua, ob reuerentiam fortasse filiale aliae quacunque de causa: ita vt non letie periculum sit, ne pater ille dotem filiæ in suos usus & fortasse minus honestos conuertat, & filia deinde, vnde nubere possit, non habeat: & iudici de huiusmodi periculo & inhabilitate constet, tunc Iudex ex suo officio patrem ipsum dotem repellere potest, *vt est text. in d. l. si cum dotem. §. eo autem tempore, vt latius ibi ipse prosequitur, & tradit etiam Ioan. Bapt. à sancto Blasio in tract. de priuilegio. dotalib. in 3. centur. num. 3. & Anton. Blanch. in sua pract. in cap. datis defensoribus, num. 92. fol. 39.**

C A P. C X.

A R G V M E N T V M.

Officium suum Iudex non rogatus impartiri potest, compellendo patrem ad dotandam filiam.

S V M M A R I A.

1. *Iudex ex suo officio & nomine etiam petente potest cogere patrem vt filiam suam dotet, & alia ibidem.*
2. *Iudex potest ex officio cogere prestari alimenta filii.*

Octuagesimoquinto limitatur, quia Iudex † etiam nomine petente, patrem ad dotandam filiam compellere potest, *vt inquit Ioan. Lopez in cap. per vestras. §. 25. in versic. quinimo, extra de donatio. inter virum & vxorem.* dum inquit, quod si forte filia consanguineos non habeat: vel si habeat, nolint, vel ne patri rem ingratis faciant, vel qualibet alia de causâ Iudicem adire, *vt ei prouideat, & ipsa sit non solum nubilis, sed prius iamdiu ad matrimonium contrahendum apta esset: tunc Iudex officium suum impartiendo potest, ac debet patrem ipsum vt eam in matrimonio collocet, & dotem congruam constituat, compellere, *vt est text. in l. tertia, post principium. ff. de iure dot.* Nam tunc fauore matrimonii dotis & Reipublicæ ex suo officio supplere debet. Hic enim matrimonii dotis*

De Executionibus, Tractatus. §. 3.

121

dotis & reipublicæ fauor in dote versatur. l. prima. ff. soluto matrimonio. & fauor publicus id efficit, vt voluit Innozen. & sequuntur alii in dicto cap. ad nostram, il secundo, extra de iure iurant. & in c. bona, extra de postul. prelato.

Præterea, quod iudex ex officio patrem ad dandam filiam compellere possit, tenet etiam Cardin. Alben. in l. Titio centum. §. Titio genero, numero 11. ff. de conditio. & demonstratio. & Alexan. in dicta l. quarta. §. hoc autem iudicium, numero 1. & August. Berous in cap. solito, numero 9. extra de restitutio. spoliat. & Boerius in questio. 130. numero 4. & 5. volum. primo. & voluit Bald in l. fin. colum. si. in fin. C. de dot. promis. Et Aufrer. in collect. quest. Tholosa. quest. 292. vbi numer. 5. inquit, patrem etiam iudicata multa cogi posse aut pignoribus cōptis, vel etiam si opus fuerit, coniectione & retentione in carcerem etiam pro alimentis filio † præstandis. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de liber. agnoscen. Et sic Iudex ex suo officio longam absentiam patris filiae dotem constituendo supplerre potest, vt inquit Bald. nouel. in tractatu de dote, in priuile. 19. sexta partis, numero primo, dum inquit, quod licet alias circa bona absentis curator dari soleat, vt habetur toto titulo de curato bonis dando. Fauore tamen dotis & ad huiusmodi circuitum euitandum, Iudex id ipsum ex suo officio facere potest, dotem filiæ in bonis patris absentis constituendo congruam dotem pro facultatibus paternis. d. l. tertia. §. 1. & 2. ff. de cura. bon. dando. & facit. rex. in §. si allicui, in Authen. vt cum de appell. cognos. & habetur in decis. 388. Capella Tholosana, in additione.

C A P. CXI.

A R G V M E N T V M.

Officium suū non rogatus Iudex impartiri potest, & debet, ut opituletur volenti testari, sed probibito à propinquis.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex ex suo officio si quispiam velit testari, & non audeat metu & minis propinquorum impedientium, potest ad eum ægrotantem accedere & testes & notarium adhibere.
- 2 Testandi liberam facultatem quilibet habere debet.
- 3 Testamental libera fieri posse, fauor publicus est.

O Ctuagesimosexto limitatur præterea prædens regula, in casu satis notabili, qui quotidie in facto accidere potest, vtputa si forte † quispiam testari velit: metu tamen ac minis propinquorum & consanguineorum non audeat, & ab eis ægrotans impediatur. Nam si forte mors videatur instare, Iudex ad huiusmodi ægrotum accedere non solu[m] potest, sed etiam tenetur, testesque & notariū, vt pro libito suæ voluntatis testari possit adhibere, & sic tali ægrotu[m] subuenire, ne ei libera † testandi facultas impediatur, quam quilibet habere debet. l. i. C. de sacro san. eccl. Ratio autem est, quia in hoc fauor † publicus versatur, vt scilicet, testamenta & ea quidem libera fiant, suumque exitum & finem habere possint. l. vel negare. ff. quemadmo. testa. aperian. & tradit Bal. nouellus in tract. de dote, in 6. par. principali, priuileg. 18. num. 1.

C A P. CXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex ex suo officio potest efficere, vt vergente viro ad inopiam dos mulieri restituatur.

O Ctuagesimo septimo limitatur, quia viro † ad inopiam vergente Iudex ex suo mero officio agere potest etiam muliere non petente, vt dos ei restituatur, vt inquit Ioannes Baptista à sancto Blasio in tracta de priuile. dota. centuria 3. numero 4. per ea quæ notat Cynus in l. mulierem. C. si manc. ita venierit, ne profit. dum ait, in causis piis Iudicem ex officio inquirere: & ideo cum causa dotis sit pia. l. cum his. §. si mulier. ff. de offic. indeb. Ergo:

C A P. CXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex ex suo officio compellit heredem, vt etiam ante aditam hereditatem monumentum testatori faciat.

O Ctuagesimo octavo limitatur, quia Iudex † ex suo officio heredem compellere potest, vt testatorem etiam ante aditam hereditatem sepe-lliri curet, vt inquit Roman. in auth. similiter. C. ad leg. Falcid. per text. in leg. qui heres erat in fine. ff. famil. ericis. & facit illud, quod notat glos. 2. in c. quia frustra, extra de usur. & tradit. Alex. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, numero 7. ff. de damno infecto. & tradit Robertus Maranta in Speculo aureo, in 6. & vlt. parte, & in 4. q. principali, num. 164. vbi etiam vult, vt Iudex ex suo officio eadem de causa bona hereditaria vendere possit, vel heredes defuncti ad vendendum compellere, vt ibi latius ipse prosequitur.

C A P. CXV.

A R G V M E N T V M.

Officium suū Iudex non rogatus potest impartiri, vt perquirat Stylum Curiæ.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex parte etiam non petente stylum curiae perquirere potest.
- 2 Iudex à tabellionibus practicantibus informationem sumere potest.
- 3 Iudex supplet in fori consuetudine & stylo defacto.

O Ctuagesimono nono limitatur ex eo, quod Iudex † parte etiam non petente, stylum curiae perquirere potest, vt inquit Soci. in consil. 63. numero 5. volumine primo, & voluit Bar. in l. 4. ff. de testib. & tradit Butr. in c. fi. extra de consuetu. & iterum Soci. iunior in consil. 128. numero 9. vol. 2. & Alex. in leg. i. col. 1. C. vt quæ desunt aduoc. & iterum in apostolis ad Bar. in d. l. 4. id quod etiam in thalamo suo nemine petente facere potest, vt ibidein inquit Soci. & iterum Soci iunior in consilio 181. numero 75. eodem volumine secundo & Alexan. in consil. 82. numero 7. volumine tertio. & Decius in consil. 547. numero 11. parte 4. vbi id etiam parte non citata facere posse arbitratur. Et Natta in consil. 318. numero tertio, volumine secundo,

L voluit,